

# Franciszek Maroń

---

## Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej - Protokoły wizytacyjne z 1720 r.

---

Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne 10, 285-315

---

1977

Artykuł został opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO **DZIEJÓW** KOŚCIOŁA  
W **OBECNEJ** DIECEZJI KATOWICKIEJ

## PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1720 R.

## UWAGI WSTĘPNE

Po opublikowanych już z zasobów archiwalnych Kurii Metropolitarnej w Krakowie protokołach wizytacyjnych z 1665 r. następny wizytator z polecenia biskupa krakowskiego pojawił się w dekanatach pszczyńskim i bytomskim dopiero po 55 latach. Delegat po tylu latach zadał sobie dużo trudu, aby jak najdokładniej opisać poszczególne parafie. Toteż wyniki jego dochodzeń umieszczono kaligrafią w osobnym foliancie o 519 stronach w prostej skórkowej oprawie, oznaczonym sygnaturą A.V.19. Strony 1 do 96 zawierają protokoły wizytacyjne dekanatu pszczyńskiego, następne strony aż do 326., to sprawozdania z dekanatu bytomskiego a dalsze stronicie już tylko spisy inwentarza poszczególnych kościołów, które ze względu na obszerny temat w niniejszej publikacji opuszczamy. Personalnia wizytatora wyjaśnia nam widoczny na kartce tytułowej napis: *Visitatio ecclesiarum parochialium, praebendarum, capellarum, hospitalium et confraternitatum necnon beneficiatorum in decanatu Plesnensi et Bythomiensi in dioecesi, archidiaconatu et officialatu Cracoviensi existentibus ex mandato t. l. principis Constantini Feliciani de Szaniawa Szaniawski. Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Cracoviensis, ducis Seweriae, per me Dominicum Lachman iuris utriusque doctorem, canonicum cathedralem et archipresbyterum Cracoviensem, deputa turn visitatorem anno Domini 1720 die 23 octobris inchoata, successive vero anno 1721-mo diebus februarii expedita.*

*Chetm 23 octobris 1720 a.*

Villa t. l. Principis et t. l. Episcopi Cracoviensis ad *clavem* Lipoviensem perti-nens, in qua est ecclesia parochialis murata per t. l. olim Nicolaum Ludovicum Grabiański sub titulo ss. Trinitatis aedificata, a t. l. pie memoriae Joanne Małachowski, episcopo Cracoviensi a. 1689 die 16 X consecrata. Anniversarium dedicationis dies dominica prima post festum s. Hedwigis assignata. Iurispatronátus episcopi cracoviensis. In hac ecclesia locatum est ciborium in mensa ad altare maius decenter extractum et ornatum ac bene clausum, in quo ss. Sacramentum in pixture argentea intus deaurata a t. l. Petro Tilicki donata supposito corporali asservatur et statutis diebus octo renovatur. Expositio Sanctissimi et processiones solemnes fiunt intra octavam Corporis Christi et in die dedicationis ac tituli ecclesiae. Reliquiae reperiuntur Agnus Dei aliquot notabilis forma e in tectis ad instar pyramidarum factis ab utraque parte altaris maioris locatae a defuncto fundatore donatae. Fons baptismalis marmoreus ad *parietem* in ecclesia bene situatus, sera pensili clausus, *aquam* benedictam oleis sarcis commixtam pro baptisandis in lebete aeneo continens. Olea sacra in vasculo stanneo tripartito decenter reconduntur et in sacristia asservantur. Piscina post altare maius pro stropheolis a baptisatis reponendis reperita. Altaria in *eodem* sunt *armaria* pro asservandis apparatus ac supellectili ecclesiae

sinistra Nativitatis Christi Domini, a dextera vero parte altare Assumptionis **BMV. Eadem** altaria lignea, picturis **decenter** ornata et per partes inaurata, habentia mensas muratas integras, a supranumerato **tl. Malachowski consecratas**, non violatas. Indulgentias haec ecclesia pro festo s. Annae et ss. Trinitatis habuit sed expiraverunt. Sacrarium muratum **cum** fornice et fenestra ferro firmata, in **eodem** sunt armaria pro asservandis apparamentis ac supellectili ecclesiae **cum** mensa **extracta** foribus **ferreis** bene clausum. Quoad supellectilem, quae in ecclesia et in sacrario asservatur, inventarium et regestrum seorsive scripta edocent. Intra ecclesiam suggestus a parte Evangelii ligneus picturis adornatus. Chorus pro musica et pro cantoribus ligneus depictus, in quo stat **organum** aliaspozytyw octo **vocum** sed defectuosum. Confessionale **unum** in ecclesia, alterum in sacrario. Scamma **etiam** sunt bene disposita et labrum pro aqua benedicta commodum. Capellae 2, una s. Annae, altera Immaculatae Conceptionis **BMV. Habent** altaria 2 cum mensis ligneis, in quibus aliquando celebratur appposito portatili. Muratae **cum** foribus bene clausis, eiusdem patronatus sicut ecclesia. Carbona ecclesiae ad proventum pertinet, uti in seorsivo regestro **patet**, ecclesiae. Coemeterium **cum** ossario muratum. Erectio non producta. Sequitur reditus ecclesiae eiusdem parochialis **Chełmensis**, cuius est in possessione **parochus**, habet agros in diversis locis, na Górze Chełmskiej wymiarek, **maiący** w sobie zagonów 30. **Item** na Zapłociu zagonów 8, w Zaděbiu zagonów 22, w Glinikach zagonów 23, ku Dętkowi niwki 2, jedna ma zagonów 26 a druga zagonów 14. Przydawszy do tego kliny, to będzie zagonów in summa wszystkich 149. **Item** habet w Cierninach agrum noviter extirpatum sulcorum 100 et immunitati ecclesiasticae adscriptum. **Item** habet hortos 2, unum sulcorum 33, alterum 27. computando kliny. **Item** habet pratum versus villam Chełmek, ex quo colligit feni circiter 8 **currus**. **Item** habet pratum ku Dętkowi, ex quo colligit unum **currum** feni. **Item** habet piscinas 3 ku Dętkowi et piscinam versus villam unum currum feni. **Item** habet piscinas 3 ku Dętkowi et piscinam versus villam Goławiec, 7, abno vocitatum. **Item** habet **hortum** sulcorum 20 per se apud possessorem. **Item** habet agrum pro fundatione futuri hospitali pauperum, huius **agri** Ogorkowska dictum florenis 60 **emptum**. Ex quo agro supradicto solvebantur 5 floreni, ex quibus 3 floreni pauperibus sparsim manentibus cedunt, pro 2 vero florenis parochus 2 **missas** celebrat pro animabus, quorum corpora ad ecclesiam Chełmensem sepulta. **Item** habet stagnum penes **silvam** episcopalem. Ex antiquo praxi dabant florenos 60 per arendam pro sartis tectis ecclesiae. **Item** habet **decimas** manipulares de agris molendinatorum **Jazowy**, Stracionka et Jamnica dictis a **tl. olim** Martino Szyszkowski episcopo cracoviensi 1619 a. accedente **ad** id consensu **tl. Capituli** ecclesiae cathedralis Cracoviensis concessas et **in** perpetuum applicatas ecclesiae. **Item** habet inquilinos 4 cum distinctis **gazis**, qui laborant parodio per diem unum in **hebdomada**. **Item** a cmethonibus villae Chełm Magnae **solvuntur** parochi quotannis floreni 42 loco missalium seu **quartualium**. Rector seu parochus ecclesiae Stanislaus **Mąchocki**, dioecesis Cracoviensis, annorum 51, ad presbyteratum ordinatus per **tl. Stanislaum Szembek**, pro tunc episcopum **Dyonisiae**, suffraganeum Cracoviensem a. 1696, Sabbatho **Sancto**, quae fuit dies 21 IV, institutus ad hanc ecclesiam die 1 II 1707. Approbationem ad excipiendas confessiones produxit. Residentia est domus lignea scandulis tecta cum atrio, hypocaustum et una camera, ex opposito alterum hypocaustum pro familia cum camera. **Item** secunda parva mansio alias Sklepik commode aedificata et provisa. Organarium fovet, qui **simul** et cantoris officium agit. **Habet** pro eodem organarło domum cum horto et 2 partis parvis, item pro eodem agrum in Dąbrowice 45 sulcorum, item agrum Niwka dictum ku Dętkowi. Insuper parochus eidem organarło solvit 30 florenos polonicales annuatim. Reperiuntur et alia aedificia **parochi**, videlicet pecuarium, **horreum**, granarium, pro equis stabulum. Ad curam animarum et edministrationem **sacramentorum** habet villas Chełm Wielki et Kopciowice, ex quibus personae ad **confessionem** paschalem 600 circiter numerantur. In curia Kopciowicensi eiusdem

villae haeres Stolcz luteranae sectae cum uxore sua ipse fovet familiam, catholicos 6, ipsa vero domina luteranos 3. In braxatorio iudaei sunt. Inventarium domesticae supellectilis tam pecorum quam pecudum non produxit, quia idem, ut asseruit, per antecessorem non recepit.

**Ordinatio pro ecclesia paroeciali in Chełm.** Cum animarum et ecclesiarum rectores ex praescripto sacrorum canonum inter alia pastoralia multiplicia officia praecipue ad instruendum gregem Dominicum curae suae districte commissum necnon ad diligendum domus Dei decorem omnino teneantur et sint obstricti. Propterea tl. Stanislaus Małocki parochus Chełmensis populo suo parochiano specialiter tarnen iuventuti qualibet die dominica matutino tempore institutiones catechisticas explanare nullatenus intermittat, ad magisque instilandam ac imprimendam huiusmodi doctrinam per medium ecclesiae deambulet, populum de fructibus immediate narratorum per quaestiones et interrogationes charitative ac suaviter interrogabit, parentibus in fundo et patrimonio ecclesiastico locatis, ut pueros ad scholam parochialem mittant, persuadebit et remonstrabit ex motivis his vel similibus, quia scholaris ars fidei rudimenta docet, mores rudiores perpolit, pietatem ad omnia utilem confert, multaque bona et plurimas virtutes ingerit. Armoriolum pro conservandis oleis sacris in loco ecclesiae decenti eleganter extrui curabit. Vasculum distinctum pro deferendo oleo sacro ad infirmos necnon lebetem aeneum ad fontem baptismalem indiate abintus dealbari curet, taliterque fontem baptismi bene clausum a pulveribus detersum pro dignitate eius asservabit obviando tempestive fissuris templi artis murariae peritos adhibebit et ne dilatentur, eisdem obstrui iubebit. Meditatum aedificium pro pauperibus hospitalis ad executionem quam totius deducet. Saltus et computationes tam prope ecclesiam quam in domo plebanali prohibebit, excessum humanitatis vitabit, cum sobrietas sit robur animae multaque bona faciat corporaliter observata. Libros proprios 35 et alios antiquiores 10 exemplariter applicatos ecclesiae Chełmensi pro commoditate sua et successorum inventario inscriptos conservabit. Item decretum reformationis perficit quam primum et in proxima congregatione producit.

#### Boy sowy 24 octobris 1720

Haec villa habet ecclesiam parochialem ligneam tituli s. Joannis Baptistae, haereditatis Christophori Francisci Piegłowskich iuspatronatus, haeredum eiusdem villae. Respectu administrationis sacramentorum antiquitus pertinebat ad parochialem Plesnensem tituli s. Hedwigis modo extra oppidum Plesna sitam, tempore grassantis haeresis circumcirca dominus haeres eiusdem villae Joannes Biberstein a. 1581 cum consensu tl. Petri Myszkowski episcopi Cracoviensis (ex quo aliae ecclesiae per haereticos et dissidentes occupatae fuerant) extra willam aliquot stadiis distantem extruere curavit. Ad praesens est bene ordinata per tl. Dębski, ut asseritur consecrata, dedicationis diem dominicam primam post festum Sanctorum Omnium quolibet anno observant, intus eleganter depicta, sunt in eadem ecclesia altaria tria lignea et sculpta et inaurata. Altare maius s. Joannis Baptistae habens mensam muratam consecratam ab eodem tl. Dębski, in hoc altari situatum est ciborium pro conservando Sanctissimo, intus depictum, bene clausum. Secundum altare versus septentrionem, in quo est imago BMV. Passaviensis, mensam ligneam habens cum portatili, tertium altare s. Barbare similiter habens mensam ligneam cum portatili. Baptisterium ligneum pro aqua baptismali, quae munde asservatur. Piscina vero post altare maius reperitur. Olea sacra in vasculis argenteis in sacratio conservantur. Sacrarium ligneum sine fenestris, bene clausum, sunt armaria pro conservandis apparamentis bene disposita. Suggestus ligneus parieti affixus picturis ornatus. Confessionale in ecclesia unum. Chorus pro scholaribus, in quo est organum bonum alias pozytyw. Pavimentum est asseribus stratum. Campanile ligneum ecclesiae iunctum habens campanam unam maiorem, alteram minorem. Ecclesia haec scandulis tecta cum turricula lignea, in qua est campa-

nula alias signatura. **Coemeterium** sepimento ligneo **circumductum** et scandulis similiter **cum** ossario bene **tectum**. Fores ad **eandem** ecclesiam 2 bene clauduntur. Reditus primo **tl. Christophorus** Zborowski medietatis villae Boysowy haeres ex curia suo loco decimae solvit tynfones 60, item **tl. Franciscus** Piegłowski solvit similiter loco decimae ex curia suae medietatis 60 annuatim. Item habet censum tynfonum a **summa** capitali 100 **imperialium** in bonis villae Jedlina **per Franciscum** et **Annam** Piegłowskie villae **haeredissam** in cancellarla Plesnensi a. 1718, die 23 V inscriptum. Item habet ex agris cmethonalibus villae Boysowy (qui sunt 15) missalia a quolibet cmethone 4 coretos siliginis et totidem avenae annuatim. Item habet hortulanos, qui sunt 10, quorum **quilibet** coretum siliginis et totidem avenae dat. Inquilini eiusdem villae Boysowy, qui habent gazas, alias chałupnicy, annuatim **solvunt** per grossos 12. Item inquilini in alienis domibus manentes solvunt per grossos 6. Molitores 3 sunt, solvunt per 24 grossos. Habet etiam 1 stadium agri sulcorum 27. Item cmethones et hortulani villae Boysowy quolibet anno debent unum currum fimi **quilibet eorum** ex propriis domibus et unum currum lignorum venire ad **domum** plebanalem propriis curribus. Item habet censum annuum 6 rhenensium a **summa** capitali 100 rhenensium similium per **tl. Hevam Frankenberg** owa in bonis villae Jedlina inscriptam in cancellarla Plesnensi in a. 1717, die 14. V. Item emit particulam fundi Boysowy ex opposito **domus** plebanalis iacentem, Uchaczowska dictum, pro summa 18 imperialium apud haeredissam Piegłowska, **quem fundum** convertit parochus in **usum** inquilini sui. Si vero **nanc** particulam agri redimere **velit**, ad restitutionem 18 imperialium ecclesiae Boysowiensi tenebitur. Item habet subiectum, qui solvit annuatim tynfones 8 ex quo non laborat parochus. Item habet vaccam unam pro ecclesia in **perpetuum**, a qua percipit **florenum** unum annuatim pro missae sacrificio. Rector seu parochus ecclesiae: **Tl. Martinus Matuszewicz**, annorum 59, **ordina** tus ad presbyteratum a. 1688, die IV ad vicariatium ecclesiae in **Lędziny** per **tl. Nicolaum Oborski**, episcopum Laodicensem, institutus ad ecclesiam Boysowiensem a. 1695. Approbationem produxit. Pro residentia habet domum plebanalem sumptu proprio competenter **extractam**, in qua est atrium, hypocaustum **cum** 2 **cameris**, alterum hypocaustum pro familia cum camera et alia aedificia minora, utpote stabulum pro equis, **pecudibus**, horreum commoda. Organarium fovet, qui **simul** officium cantories agit et est pro illo domus, in qua **manet**, ad cuius reparationem **communitas** alias parochiani villae Boysowiensis tenentur. Pro salario accipit 6 coretos siliginis et totidem avenae. Item habet agri sulcos in uno loco 16 in altero 8. Item habet pratrum, ex quo colligit 2 currus feni. Item **pro** integro anno accipit unum **rhenensem** a parochus. Ad ecclesiam spectant villae Boysowy, Jedlina, **Świerkowy** Pień noviter eradicata et mediante decreto Consistorii Cracoviensis a. 1714, die **lunae** 29 I, pro parochiali adiudicata. Ad confessionem paschalem numerantur 450. Ordinatio pro parochiali ecclesia in Boysowy: Non est opus dare praecepta et ordinationes ei qui desuper expositus est in exemplum atque constitutus ab alto in censorem aliorum. Nihilominus propter memoriam pauca tantum, quae **facere** debeat **tl. Martinus Matuszewicz**, territorii Plesnensis decanus atque ecclesiae in Boysowy rector, innuuntur. Catechismum **dominici** diebus ante **missam** conventualem finita **statim** processione non ex ambona sed in medio ecclesiae stando vel ambulando per interrogationem modo ad captum populi faciliori per unum quadrantem vel medium suis parochianis tradat **instituat** eodemque doceat. Baptisterium procuret. Olea sacra non in sacario sed in ecclesia loco convenienti conservet. Librorum ecclesiasticorum **laccratorum** reparationem indilatam faciat, decanalem congregationem indicet, **expediat**, de executione decretorum in hac visitatione datorum infirmationem a suis comparochis recipiat, eandem Curiae **tl. Principis Lociordinarii** Dioecessani transmissurus.

*Miedźna* 25 octobris 1720

Haec villa habet ecclesiam lineam tituli s. **Clementis** martyris, iurispatronatus

**Erdmani**, sacri romani imperii comitis de **Promnic**, dynastae in Sylesia Plesnensi. **Consecrata** ecclesia, cuius dedicationis anniversarium observant dominicam **primam** post festum s. Michaelis Archangeli ab immemorabili tempore et signa in pariete ecclesiae exstant consecrationis. In hac ecclesia sunt altaria tria, maius altare s. Clementis non consecratum, muratam habens **mensam**. In portatili **missae** sacrificium celebrata. In **eodem** altari est ciborium ligneum non adeo **ornatum**, in quo asservatur ss. Sacramentum in **pixide** argentea, supposito corporali, bene clausum. Secundum altare, habens imaginem **BMV.**, mensam ligneam **cum** portatili. **Tertium** altare s. Antonii de Padua sine portatili mensam habens ligneam. Haec altaria lignea picturis simpliciter adornata. Baptisterium ligneum in medio ecclesiae situatum continens in se lebetem stanneum pro aqua baptismali. Piscina ad parietem ecclesiae inferius reperitur. Olea sacra in vasculis stanneis **simul** triplicibus reperiuntur et in sacristia asservantur. Sacrarium est ligneum, bene clausum, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Chorus pro cantoribus ligneus, in quo organum alias pozytyw vocum 8 exstat. Suggestus ligneus **formae** simplicis parieti affixus. Pavimentum ex asseribus stratum. Tabulatum similiter ex asseribus constructum, antiquum, in parte **pictum**. **Scamna** lignea simplicia. Clauditur haec ecclesia foribus ligneis 2 bene povisis, claustro et seris pensilibus obserratis. Campanile ligneum ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2 maiores et tertia minor. Ecclesia **quam** campanile scandulis tecta, supra ecclesiam turricula lignea, in qua est campanula alias Sygnatek. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum, **tum** et ossarium ligneum similiter tectum. Est **etiam** villa Rdzawy eiusdem ut supra haeredis, in qua villa Rdzawy est ecclesia filialis ecclesiae in Miedzna tituli Decollationis s. Joannis, lignea, scandulis tecta. Non constat de consecratione eiusdem, cruces tamen in parietibus depictae apparent. Dedicationis **diem** ab antiquo tempore observant **dominica** primam post festum s. Hedwigis. Haec ecclesia habet altare unum maius, in quo est imago Coronationis **BMV.**, mensam habens muratam **cum** portatili. Ibidem est ciborium ligneum simpliciter extractum et **depictum**, sed in eo non asservatur Sanctissimum nisi in ecclesia parochiali matrice. Secundum altare ligneum **parvum** in honorem s. Joannis **Baptistae** et s. Barbarae et s. Catharinae extractum, in quo altari non celebratur. Pavimentum ex asseribus ligneis reparatione indiget. Tectum ecclesiae et campanile bene cooperum. In campanili sunt campanae 2 mediocrae bonae resonantiae. Coemeterium **amplum** sepimentis ligneis **circumductum**, in quo permixtim catholici et luterani sepeliuntur etiam recentissime et recognoverunt personae seniculae contrarium, quod stante vita **eorum** nunquam haeretici in ecclesia sepeliebantur. In hac ecclesia celebratur **missa** quarta dominica, tribus autem dominicis in parochiali Miedzna. In hac parochia Miedznsi est etiam capella lignea in villa Gora antiquitus extruxta tituli s. Barbarae. Non constat, utrum sit benedicta. Dotem nullam habet, tantum asserunt, quod pertinebant piscinae Barbornice dictae et unus hortulanus in vicinitate capellae **manens**. In hac capella est altare ligneum **BMV.**, habens mensam ligneam **cum** portatili. In hac capella missae sacrificium celebratur in festo s. Barbarae et feria secunda post Pascha necnon dominica prima post festum s. Mathaei. Folibus bene clausa et scandulis tecta. Coemeterium non habet. Reditus ecclesiae parochialis Miedznsis. Habet missalia de **eadem** villa a cmethonibus alias od siodlaków siliginis coretos alias wiertelów mensurae Plesnensis 60, avenae totidem eiusdem mensurae. Item habet stadia agri 15, in unoquoque stadio sunt 40 sulci. Incipiunt ab ecclesia Miedznsi et protenduntur ad limites villae Cwiklice. Ibidem piscinae 2. Item penes ecclesiam filialem in Rdzawy habet stadia 15. Unumquoque stadium continent in se sulcos 40. Et ibidem piscinae 2. Inquilinos habet 2, qui laborant 2 dies in **hebdomada**. Item de villa Miedzrzeczce accipit annuatim imperialem, de villa Gora similiter **imperialem**, de Zawada 16 bohemicos. Item habet pomariolum circa residentiam et braxatorium pro sua tantum **commoditate**. Pa-

rochus ecclesiae Miedzniensis tl. Andreas Zabrzski, annorum 62, ad hanc ecclesiam institutus a. 1683, ad presbyteratum ordinatus eodem anno dominica post Pentecostes per tl. olim Nicolaum Oborski, episcopum loadicensem, suffraganeum cracoviensem. Pro residentia sui habet domum ligneam cum atrio non pridem extractam, in qua sunt 2 hypocausta cum cameris, et opposito hypocaustum pro familia. Item habet hollodia, stabula pro equis quam pro pecudibus, ad quorum aedificiorum reparationem parochiani de villa Miedzna et Rdzawa tenentur. Fovet organarium, qui agit officium simul et cantoris. Iste organarius habet domum pro residentia sui cum agris, in quibus inveniunt stadia 15 et haec sunt inaequalia. Item habet horreum et cameras ad domunculam suam et stabula pro pecoribus et pecudibus, ad quorum aedificiorum reparationem similiter tenentur parochiani Miedznienses. Ad curam animarum iure parochiae spectant villae Miedzna, Rdzawa, Gora, Zawada, Międzyrzecze, Wola, Frydek, Gielowice, Brzostowka et subditus tl. Zborowski Matus Mayduch. Pro confessione paschali personae inveniuntur 1300 circiter. In villa Rdzawa 2 vetulae luteranae sectae et in villa Gora tl. Augustus Wilimowski eiusdem luteranae sectae non uxoratus reperiuntur.

Ordinatio pro ecclesia parochiali Miedzniensi. Tritum ac usitatum est, ut quanto ferventior rectorem ecclesiae in promovendo Dei cultu et ecclesiae ornatu vident parochiani, tanto maiori exemplo ipsius ad omnem vitae integritatem ac morum honestatem excitantur. Quapropter tl. Andreas Zabrzski, parochus in Miedzna, sequentia puncta cum maiori sedulitate et applicatione quam antea omnino expleat. Ciborium non areae foederis tabernaculum laminis aureis splendidum, sed Dei vivi veri sanctum habitaculum elegantius adornet, altarium collateralium mensas melius et commodius adaptet et in formam pleniorum extruat eademque altaria 3 mappis iuxta solitum ecclesiae ritum contegat, supellectilem ecclesiasticam usu attritam restauret. Pallas linteis albis subduci curet. Pavimentum ecclesiae in quibusdam locis vitiosum atque putridum reficiat et reparet, olea sacra in armariolo bene clauso in pariete a parte maioris altaris collocet, vasculum distinctum stanneum pro deferendo ad infirmos sacro oleo emat, baptisterii infirmum pedem solidius constituat, metriculam baptismi, copulatorum atque mortuorum diligentius, accuratius ac distinctius conscribat, catholicos matrimonialiter sine assistentia proprii parochi aut licentia eius copulare non audeat, libros ecclesiasticos utpote graduale, antiphonarium et psalterium indiate coemat, coemeterium, in quo pii cineres christifidelium extremum Dei iudicium expectant, ne sit locus pervius, more catholico sepimentis quantocius claudat, ossa ibidem sepulta praemissa doctrina et data informatione parochianis orandi pro defunctis, iuxta ritum et consuetudinem ecclesiae catholicae adhibitis caeremoniis circa similia observari solitis, necnon missae sacrificiis quam plurimis profundius in terrae visceribus consepeliat. Joannem Kaczor de villa Miedzna ex praecepto ecclesiae ad confessionem paschalem coram extraneo parochi faciendam et ut testimonium peractae confessionis producat eidem iniungat compellat, decimam ex agris novalibus in Gielowice, Gora, Frydek et Wola suae ecclesiae mediante iure applicatam vindicet, praemissorumque decretum in proxime imminente congregatione decanali producere et praesentare non omittat.

*Mikołow 2 novembris 1720 a*

In hoc oppido est ecclesia parochialis murata scandulis tecta, tituli s. Adalberti, iurispatronatus comitis de Promnic, dynastae Plesnensis, consecrata. Diem dedicationis observant et celebrant primam dominicam post festum s. Martini. In hac ecclesia ciborium in maiori altari cum ss. Sacramento situm, decenter extractum et picturis adornatum et bene clausum. In eodem ss. Sacramentum supposito corporali in pixide argentea intus deaurata. Expositiones Sanctissimi et processiones cum eodem fiunt infra octavam Corporis Christi et in festis BMV. ac aliis diebus festivis respectu confraternitatis Rosarianae. Ciborium

deauratum. Fons baptismalis in medio ecclesiae factus ex lapide, decenter ornatus, in se continens lebetem aeneum, in quo asservatur aqua baptismalis sacris oleis commixta, bene clausus sera pensili. Ibidem piscina pro asservandis strophialis. Olea sacra servantur in armario ad parietem ecclesiae a cornu Evangelii extracto in vasculis stanneis. Altaria in hac ecclesia decenter depicta et inaurata 4: Altare maius s. Adalberti mensam habens muratam, consecratam. Secundum BMV. Maioris Rosarianae, dictum consecratum, habens mensam. Tertium s. Barbarae mensam habens cum portatili, quartum s. Antonii de Padua, habens mensam etiam cum portatili. Indulgentias habet pro festis BMV. et aliis festis iuxta privilegia confraternitatis Rosarianae. Sacrarium muratum testitudineatum, in quo est mensa cum armariis pro asservanda suppellectili ecclesiastica, clauditurque firmiter. Ibidem reperitur scrinium ferro obductum pro servanda suppellectili argentea. Suggestus parieti ecclesiastico affixus, decenter depictus cum Evangelistis. Chorus supra parietem affixus, in quo stat organum in manuali 12 vocum et in pedali 3, depictum. Item habet positivum antiquum vulgo pozytyw vocum 8. Pavimentum ex asseribus disordine stratum et tabulatum depictum simpliciter. Pro ingressu ecclesiae sunt fores binae bene provisae. Scamna Simplicia. Campanile alias turris murata scandulis tecta, in qua sunt campanae 3, una maior, duae minores. Turricula lignea supra ecclesiam, in qua est campanula alias signatura. Coemeterium muro cinctum cum ossario. Ad hanc ecclesiam pertinent 2 capellae, quae sunt extra ecclesiam sitae. Una s. Nicolai, altera s. Annae, sed desolatae et dirutae, dotem nullam habentes. Fundata est in hac ecclesia Mikułoviensi confraternitas s. Rosarii 1713 anni, quae habet pro dote summam milli taleros sylesiticos in bonis villae Mokre in dynastia Plesnensi iacente, per tl. olim Georgium Kreczyk 1712 a. inscriptam, a qua idem capellanus percipit annuatim taleros 10, florenos 3 et grossos 18, quibus iuxta erectionem disponit. Reditus eiusdem ecclesiae Mikułoviensis: De oppido Mikułów habet missalium coretos siliginis 52, totidemque avenae mensurae plesnensis. Item quilibet oppidanus solvit episcopalia sive stołowego per 2 grossos sylesiticos alias grajcarow et quinarium alias piętak, qui faciunt in summa boemicos 27 et 15 denarios sive chalerze. Inquilini, qui reperiuntur in oppido Mikułów 32, quorum quilibet solvit per 2 grossos sylesiticos alias graycarow, qui faciunt in summa boemicos 21 et grossum syl. unum. Ex villa Wiry missalium coretos siliginis 30, avenae totidem confertae mensurae. Item episcopalia sive stołowe quilibet cmetho per 2 grossos syl. alias graycarow, excepto sculteto, qui faciunt in summa 8 boemicos et 2 grossos syl. De villa Piotrowice missalium coretos siliginis 20, totidem avenae confertae mensurae, episcopalia sive stołowe solvunt quilibet eorum per grossos syl. 3 excepto sculteto, qui faciunt in summa 10 boemicos et 1 grossum syl. alias graycar. De villa Wilkowie missalium coretos siliginis 28 et totidem avenae confertae mensurae, episcopalia alias stołowe eodem modo solvunt 2 hortulani, quilibet eorum per 12 grossos, 4 cmethones, ex quibus 2 solvunt per 2 grossos syl. et alii 2 per unum grossum similem syl. Sculteti 2 et subditus plebanalis non solvunt episcopalia, in summa boemicos 11. De villa Dolne Łaziska habet missalia siliginis coretos 15, avenae totidem confertae mensurae, episcopalia solvunt per 3 grossos syl. exceptis scultetis et illorum subditis. Facit in summa boemicos 6. De villa Średnie Łaziska habet missalia 4 coretos siliginis totidemque avenae mensurae confertae. De villa Górne Łaziska habet missalia tantum de avena coretorum 24, episcopalia per 8 grossos syl. excepto hortulano, in summa facit boemicos 21. De villa Podlesie habet missalis de avena tantum coretos 48 mensurae confertae, episcopalia solvunt quilibet eorum, quando missalia reddunt per 6 boemicos praeter hortulanos 2, qui solvunt per 3 boemicos tantum. Itaque in summa episcopalia faciunt 2 taleros syl. et boemicos 6. De villa Zarzeczce antea Uniczow nuncupata loco decimae manipularis pendunt missalia coretos siliginis 17 totidemque avenae mensurae confertae, insuper extradunt galinas 14 et straminis manípulos 14. De villa Gostynia tantummodo solvunt epi-



scopalia bohemicorum 9. Ex villis **Przeczycze**, **Toporowice** et **Targowice** habet **decimas** manipulares, quas incolae redimunt iuxta conventionem eiusdem parochi. **Item** habet censum de **agro** cmethonali, **quem agrum** possident Wilhelmus Zawadzki et Rupniewski. Solvunt imperiales alias taleros **gładkich** 12 annuatim per 2 ratas. In villa **Wilkowice** est subditus unus **Joannes Hul**, qui in septimana 2 dies laborare **debet** in fundo plebanali, solvit censum pro festo s. Georgii 8 **bohemicos** et pro festo s. Michaelis itidem 8 **bohemicos**, item 2 galinas et 30 ova **gallinacca**. Subditi in fundo plebanali, videlicet hortulani 9 **sunt**, qui debent laborare 2 dies in **hebdomada** pedester ex campo, si non laborant debent solvere per 3 taleros **syl.** et dies 2 laborare pecoribus verno tempore et tempore messis, pedester 6 dies. Item dant pro festo s. Michaelis per 2 galinas. Inquilini, qui sunt 19, similiter solvunt a **campis** et unum **diem** pedester in septimana laborare debent. Si non laborat aliquis **eorum**, solvit per 2 taleros **syl.**, insuper 3 dies tempore messis pedester laborare, fila alias **kaździel** nectere debent. Item **inquilini** oppidi **Mikułow** debent solvere episcopalia alias **stołowe tl.** parodio per 3 grossos **syl.** pro festo s. Martini. **Hospitale**, in quo aliqui pauperes permanere soient. Hoc hospitale habet summam capitalem 170 taleros **syl.** apud **Rupniewski**, a qua **summa** censum percipiunt provisores eiusdem hospitalis et **eodem** disponunt pro necessitatibus **tam** hospitalis **quam** pauperum. Rector sive parochus ecclesiae **Mikułowiensis** **Andreas Zabrzski**, etiam in **Miedzna** parochus, annorum 62. Institutus ad ecclesiam **Mikułowiensem** a. 1720, die 19 IV, **iam** superius tempore **visitationis** in **Miedzna** legitimavit **suam** personam et requisita praesentavit ordinationis, institutionis, dispensationem super utroque beneficio se habere **allegavit**, quam **producturam** se obtulit. Residentiam pro se commodam, aliquot passibus ab ecclesia **distantem**, ligneam et pro familia domestica seorsinam, item habet hortum sive pomarium penes residentiam, stabula pro equis et pecoribus, horreum. Fovet organarium, cantorem, qui habent salaria consueta, instruuntque iuventutem in literis. Habet vicarium **Joannem Smieszkiewicz**, dioecesis **Wratislav/iensis**, annorum 32, **ordinatum** ad provisionem seminarii **Cracoviensis**, presbyter factus per **Michaelem Szembek**, episcopum **Paphensem**, suffraganeum **cracoviensem** a. 1715, sabbatho quatuor temporum ante dominicam secundam **Quadragesimae**, quae fuit dies 16 III, literas formatas et approbationis produxit. Habet mansionem ligneam, commodam, salariatum iuxta conventionem a **parcho**. Est etiam praebendarius **confraternitatis Rosarii** **Andreas Choroba**, annos 30, ad presbyteratum promotus a. 1715, die 15 VI, sabbatho quatuor temporum ante festum ss. **Trinitatis**, per **Michaelem Szembek**, suffraganeum **Cracoviensem**, institutus ad praebendam **rosarianam** a. 1716, 27 X. Habet residentiam commodam, pro salario ex fundatione **Rosariana** annuatim percipit 60 taleros **syl.** ex bonis villae **Mokra**. Item taleros 10 et florenos 3 grossos 18 **syl.**, quibus iuxta erectionem **confraternitatis** disponit.

Ordinatio pro ecclesia paroeciali in **Mikułow**. Quandoquidem opera praesentis visitationisque huiusmodi obiectum non aliud est, nisi ut status ecclesiae atque **ministorum** eius diligens inspectio et eorum, quae vel ex orbita recesserunt ad pristinum usum revocatio, vel quae vetustas destruxit correctio vel quae desiderant provisio subsequitur atque iniungatur. Proinde cum infrascripta necessaria in ecclesia **Mikułowiensi** videantur, eadem **tl.** **Andrae Zabrzski**, parcho **Mikułowiensi**, facere et adimplere demandamus. Pro expositione ss. Sacramenti ex aliqua materiarum sacrarii competens et elegans tabernaculum, turn ad processiones baldachinum ex materia huic usui destinata sine mora praeparare idem **tl.** parochus iubeat. Conservatolium propter eundem **Christum Eucharisticum** in sacrario a fabre extrui curet. Antequam idem **asservatorium** praeparabitur et **necessitas** occuret expositionis **Sanctissimi in monstratorio** et venerabile Sacramentum non in sacristia, ut antea, collocetur, sed in ciborio servetur. Exindeque populo adorandum exponat accensis circa expositionem ad minimum 6 candelis sub poenis per **tl.** Loci Ordinarium arbi-

trarie ac irremissibiliter extendendis. Clavem ab Eucharistia ss. non sub ciborio ut antea sed ab hinc in sacrario servet. Baptisterium ex medio ecclesiae ad **parietem** et cornu Epistolae maioris **altaris** sine mora **transferat**. Futura Deo dante dominica prima **mensis** vel in ea festo incidente non de sacro Rosario ut praedicabatur, sed de dominica vel festo **tunc occurrente**, iuxta praescriptum rubricarum missam conventualem absolvat et sic in futurum semper faciat exponendo venerabili Sacramento pro festis et dominicis vigore Rosarii incidentibus, iuxta synodum Lubiensianam facultatem a **tl. Loci Ordinario** procuret. Ex ossario obruto fidelium ossa quamprimum **contumulet**, in posterum autem, quando contingeret **exhumari** membra aliqua cadaverica, **statim eadem** in eundem tumulum **inferius** reponat atque recondat. Nomina et cognomina suorum parochianorum in **matriculam** eo nomine comparandam diligenter conscribat et connotet. Pavimento ecclesiam adornet pro introitu ad **eandem** et exitu **faciliori** gradus necessarios **ponere** non omitat. Coemeterium pravum, **indirectum**, asperum in **planum** reduci faciat. Horologium ab oppidanis **repetat**. Vitricos de civitate viros probos **eligit**, quibus a carbona eleemosynarum unam clavem committat, alteram ipse **cum** suis succedaneis penes se retineat. Librum perceptarum et **expensarum** ad vindicandum **censum** conscribat, **tl. Paulum Pilarski**, provisum sua ecclesia ab ecclesia Vitoviensi revocet. Tempore divinorum mundinationes, licitationes **facere** non permittat. Constitutiones synodales Lubienianae habeat, capellam s. Annae, pro qua materiam congregavit, **reparet**. Chorum ecclesiae super maiores fores ex legato ad hanc reparationem ordinato restauret. Judaei familiam catholicam contra sacros **canones** et decreta **Tribunalitia**, **tum** synodum Lubienianam et contra novissimam **constitutionem** in epistola pastorali moderni **tl. Principis Episcopi Cracoviensis** **expressam** non foveat atque praesentem ordinationem in **proxima** decanali congregatione producat et **praesentet**. Ordinatio pro vicario Mikułowiensi: Quia **autem tl. Smieszkiewicz**, vicarius Mikułowiensis plurimarum **exorbitantiarum** reus esse arguit, **idcirco tl. parcho** loci serio **praecipitur**, quatenus **eundem** ad effectum correctionis et emendationis Curiae **tl. Principis Episcopi Cracoviensis** quantocius deferat, praesensque decretum huiusmodi ordinationis in decanali congregatione ut supra producat.

### *Cwikiice 26 X 1720*

Haec villa haereditatis **tl. Iosephi, Constantini, Christophori, Leopoldi Zborowskich**, in qua villa est ecclesia parochialis lignea tituli s. Martini episcopi et confessoris, scandulis tecta, **consecrata**, prout constat ex visitatione **Casimirsciana**, anniversariam dedicationis **diem** observant dominicam proximam post festum Assumptionis **BMV. Iurispatronatus** haeredum suprascriptorum. In hac ecclesia sunt altaria 3, maius s. Martini episcopi et confessoris habet mensam **muratam cum** lapide inaequali, non apparet, an consecratum, sed ab antiquo celebratur sine portatili. In eodem altari **situm** est ciborium ligneum bene **clausum** nigro colore adornatum, in quo conservatur ss. Sacramentum in pixide argentea intus deaurata. Altare minus **BMV. mensam** habens **cum** portatili. **Tertium** altare tituli s. Crucis a dextra parte habens mensam **similiter cum** portatili. Baptisterium ligneum in medio ecclesiae **situatum**, pictura adornatum, continens in se lebetem **aeneum**, in quo aqua benedicta sacris oleis mixta pro baptisandis asservatur. **Cum** sera pensili bene clauditur. Piscina ad baptisterium pro servandis strophiliis reperitur. Olea sacra in vasis stanneis insimul servantur in sacrario. Suggestus parieti affixus ligneus nigro colore adornatus et aliis picturis. Sacrarium ligneum habens mensam **cum armariis** pro asservanda supellectili ecclesiae fortiter provisum et bene **clausum**. Pavimentum asseribus stratum. Haec ecclesia intus depicta simpliciter. **Item** est chorus pro **cantoribus**, in quo stat organum alias pozytyw vocum 8. Ecclesia ipsa duabus januis bene **provisis** clauditur. Est etiam campanile ligneum ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2, una **maior** altera minor, supra ecclesiam est turracula lignea la-

mine obducta, in qua est campanula alias signatura. Fenestrae ecclesiae integrae. Coemeterium ligneis sepimentis circumductum et ossarium scandulis tectum. Haec ecclesia habet indulgentias pro festo s. Martini, admissae a. 1717, 11 V. Reditus ecclesiae parochialis Cwiklicensis. Habet agrum 360 sulcorum. Item hortum ad domum plebanalem, in quo sunt sulci 50. Item missalium coretos siliginis 140 et avenae totidem. Item habet censum ex fundatione dominorum Brodeckich annuum tynfonum 15. Item ex fundatione dominorum Kozłowskich tynfonum 20, ex fundatione tl. Annae Zborowska tynfonum 20. Item ex fundatione tl. olim Petri Zborowski tynfonum 100. Item habet agrum Księżę Pustki dictum, qui extenditur incipiendo ab ecclesia Cwiklensi usque ad limites villae Miedzna. Rector seu parochus ecclesiae Cwiklicensis tl. Joannes Laczynski, annorum 32, ordinatus ad presbyteratum sabbatho ante dominicam secundam quadragesimae, quae fuit dies 11 III, per tl. Michaellem Szembek, suffraganeum Cracoviensem, institutus ad ecclesiam Cwiklicensem die 20 V anno currenti 1720. Approbationem produxit, habet domum pro residentia sui sed vetustate consumptam, stramine tectam. Horreum habet unum sumptu parochianorum extractum. Fovet organarium, qui habet similiter domum suam desolatam, quam tenentur parochiani restaurare. Est pro organarfo ager stadiorum 4, in unoquoque stadio 12 sulci reperiuntur. Et horreum habet. Item percipit in vim salarii a plebano annuatim ex censibus summam tynfonum 40. Ex villa Rudotowice pro decantatione officii de Immaculata Conceptione BMV. percepit mensuram siliginis totidemque avenae. Ad curam animarum villae Cwiklice et Rudotowice spectant pro confessione paschali numerantur personae circiter 400. Inter parochianos inveniuntur luterani molitor et frater eius.

Ordinatio pro ecclesia parochiali Cwiklicensi. Quemadmodum vineae Christi remissiores operari censurae notam, ita pariter quasi animarum pastores decorum sponsae suae ecclesiae diligentes calcarem et incitamentum merentur. Cum igitur tl. Joannes Laczynski, loci huius parochus officium suum pastorale remissius ferat, ex praesenti visitatione ad intensiorem sui muneris incumbentiam ac vigilantiam extatur ac monetur, quatenus omnia iura et documenta ecclesiae suae servientia sparsim hactenus habita in unum librum inscribat, summam mille florenorum silesiticorum in bonis mundis et liberis praevia omnimodo securitate locari curet. Inscriptionem securam summae de Rudotowice transportare quantocius provideat, agrum Księżę Pustki dictum vindicare amplius non negligat. Haeredem necnon parochianos ad satisfaciendum suae submissioni super extruenda plebanali residentia omni meliori modo compellat. Divina officia diebus dominicis et festis non expectatis tarde venientibus praecise ad horam undecimam absolvat, 3 mappas altaribus singulis ad praescripta rubricarum ecclesiarum superimponi curet. Doctrinam fidei seu catechismum propter erudiendam plebem in mysteriis fidei diebus dominicis opportuno tempore proponat. Caeteraque ad aedificationem et salutem animarum populi iure parochiae ecclesiae suae subiecti pertinentia non negligat. In librum matriculae eo nomine comparandae mortuos parochianos inscribat, defectum ab a. 1706 nimirum a morte praedecessoris sui copulatorum personarum matrimonialiter hactenus intercedentem omnino inseri praevia monitione ex ambona ad rescindendum compenset eosdemque investigates inscribat. Observando doctrinam s. Cypriani super clerico cum femina non cohabitante iuxta epistolam pastoralem tl. Principis sororem in uno secum hypocausto pernoctare non permittat, praesensque decretum in congregatione tl. decano praesentet.

*Bierun Oppidum 5 octobris 1720*

In hoc oppido est ecclesia lignea tituli s. Bartholomaei apostoli, consecrata per tl. Michaellem Szembek, episcopum Paphensem, suffraganeum Cracoviensem a. 1692, die 22 V. Diem anniversariam consecrationis observant dominica prima post festum s. Hedwigis. Iurispatronatus tl. comitis de Promnic, dynastae Plesnensis. In hac ecclesia sunt altaria 3, unum maius tituli s. Bartholomaei,

habens **mensam** muratam **consecratam**, in qua est ciborium locatum ligneum decenter **depictum**, bene clausum et in eo asservatur ss. **Sacramentum** in pixide supposito corporali. Baptisterium ligneum in medio ecclesiae situatum, in quo est pelvis stannea pro aqua baptismali bene clausum sera pensili. Ibidem piscina pro asservandis stropholis a baptisatis. Olea sacra in vasis stanneis **triplicibus** conservantur. Altaria collateralia, ad **partem** septentrionalem **unum** BMV. ligneum depictum habens mensam **cum** portatili. Item ex altera parte ligneum tituli s. Antonii depictum, mensam habens **cum** portatili. **Sacrarium** ligneum, bene cum foribus **fortiterque** provisum, in quo sunt nova armaria pro **conservanda** supellectili ecclesiae. Suggestus nigro colore depictus, **parieti** affixus. Pavimentum ecclesiae asseribus stratum, tabulatum depictum. Chorus ligneus depictus parieti affixus, in quo organum aliaspozytyw vocum 8. **Indulgentias** habet pro festo s. Bartholomaei et pro festo visitationis BMV. a. 1719 admissas. Clauditur haec ecclesia foribus **binis**, bene seris provisus. Campanile ligneum, ecclesiae **annexum**, scandulis tectum prout et ecclesia, in quo sunt campanae 2, supra ecclesiam turracula, in qua est campanula alias signatura. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum **cum** ossario. **Expositio** Sanctissimi fit pro octava ss. Corporis Christi et pro festo **indulgentiarum**. Est etiam capella extra oppidum tituli s. Valentini lignea, in qua est altare ligneum **simpliciter** extractum, continens in se ima **ginem** s. Valentini et mensam **cum** portatili habens. Coemeterium ligneis sepimentis **circumductum** bene clausum sicut et capella, de dote ipsius non constat. Indulgentias habet pro festo s. Valentini. Reditus ecclesiae parochialis Bierunensis. Rector seu parochus huius ecclesiae **tl.** Georgius Antonius Odrobinski, dioecesis Cracoviensis, annorum 40, ordinatus ad presbyteratum per **tl.** olim Casimirum Lubiencki, episcopum Cracoviensem, **generalem** administratorem episcopatus Cracoviensis, a. 1704, dominica 19 post Pentecostes, quae fuit dies 26 X. Ad hanc ecclesiam institutus a. 1711, die 15 IV. Approbationem produxit. Habet domum residentialem, pro se hypocaustum distinctum, pro familia et alia aedificia, utpote stabula et id genus non adeo magna, ad quorum reparationem **tenentur** oppidani. Organarium fovet, qui **simul** et cantoris officium agit, salariatur per oppidanos Bierunenses, habet domum residentialem, ad cuius reparationem oppidani tenentur. Hospitale pauperum est sed sine dote. Ad hanc ecclesiam **iure** parochiali spectant villae oppidum Bierun, Porąbka, Biaszowice, Kopania, Jaiosty, Cielmice, Urbanowice, Jaroszwiec. Pro confessione parochiali **numrantur** personae circiter 1050. Reditus: Ex oppido Bierun missalia debent dare **tl.** paracho siliginis coretos 20, totidemque avenae. Ex villa Krasowy siliginis coretos 16, totidemque avenae. Item ex oppido Bierun debent dari **floreni** pecuniae caesareanae sex pro festo s. Martini annuatim. Hortulani Bierunenses singulis annis debent dare per cruciferos 4. Domus solas habentes alias chałupnicy debent dare singuli per cruciferos 2, inquilini tantum per cruciferum 1 debent dare. Ex villa Cielmice debent dari avenae coreti 60, ex eadem villa singulis annis debent dari iuxta cuiusque possibilitatem casei 15. Ex villa **Urbanowice** quilibet **cmetho** (quorum sunt personae 12) tenentur dare currum lignorum pro culina parochi annuatim et quilibet **eorum** debet dare caesareanae pecuniae greslas alias piętaków 2, similiter quilibet **casum** 1 iuxta posse **suum**. A sculteto Kopicensi debent **dare** annuatim loco census a parvo **pratulo** sub capella s. Valentini in circulo fluminis iacente **bohemicos** 10, ex villa Jaiosty a 4 hortulanis quilibet anno debent dari bohemicis 8. Ex villa Kopania, Biasowice, Porąbki debet quilibet hortulanus dare cruciferos alias graycarów 6. Procul ab oppido Bierun est pars agri infertilis arenosi vulgo **Lysa Góra**, qui ager ad nullum usum accomodari potest, penes fluvium piscinae Kopicensis. Penes domum plebanalem est hortus, vix pro **gramine** uni vaccae **sufficiens**, nullas plantationes habens, **parum** valens. Item habet pratum post antiquum pontem trans **fluvium** Gostynia inter pratum Janetowa ex una et Wyleciałkowa ex altera partibus, ex quo percipit census annuatim unum **tynfonem**.

Ordinatio pro ecclesia parochiali **Bierunensi**. Quod ratio et officium muneris rectoralis circa ecclesiam sponsam **suam** requirit atque exigit hoc **omnino**, ut ab eo **observetur** ac **praestetur**, necessum est. Proinde tl. Georgius Antonius Odrobinski parochus loci huius ex praesenti visitatione ad infrascripta exequenda praesenti decreto **obligatur**, **nimirum** quatenus **pro** dignitate et reverentia **venerabilis** Sacramenti in **maiori** altari ciborium indilata reparatione **firmet** et consolidet, eiusdemque Christi Eucharistici octavo quoque die renovationem faciat, **eandem** in tabella in quolibet octiduo connotet. Supra pixidem figuram Nominis Jesu reparet, pallas lino mundo **obducat**, **3 mappas** cuilibet altarium superimponat, **pelvim** ad lavandas **manus** in sacrario provideat, campanulato **destructam** vel commutat vel reparet, missalia atque **alios** libros chorales ad **usum** ecclesiae pernecessarios restauran' quamprimum iubeat. Matriculam mortuorum fidelium pro bono ecclesiae ordine conscribat. Constitutiones synodales **Lubien-**scianas habeat, praesensque decretum in **proxima** congregatione decanali **praesentare** sit **memor**.

### *Landziny* 6 novembris 1720

Habet ecclesiam parochialem ligneam in monte amaeno sitam tituli s. **Clementis** papae et martyris, **iuspatronatus** comitis de Promnicz. De consecratione eiusdem visitatio **Casimiersciana** sonat. Dedicacionis diem dominicam **primam** post **festum** Nativitatis BMV. observant. Haec ecclesia distat a villa 12 **stadiis**, circa **quam** nulla aedificia seu casae exstant. Erectio non reperitur **praeter** **Librum** Beneficiorum, Retaxationum et visitationis Casimiersciana. In **eadem** ecclesia altaria 3: maius, in quo est imago s. **Clementis** et mensa murata cum portatili, de cuius consecratione **dubitatur**. In eadem mensa ciborium **situm** ligneum, **picturis** ornatum, bene clausum, in quo Sanctissimum in **pixide** argentea supposito corporali asservatur. Secundum altare a parte sinistra ligneum BMV. **mensam etiam** habet ligneam. Tertium a parte dextra s. Annae similiter ligneum **cum** mensa lignea. Sacarium ligneum aliqua armaria habens pro servanda suppellectili ecclesiae, quae translata sunt **cum** fonte baptismali et **sacris oleis** ad ecclesiam filialem s. Annae, de qua inferius. In hac ecclesia absolvuntur divina **pro** festis solemnioribus, utpote Nativitatis, Resurrectionis Christi Domini, **Pentecostes** et s. Clementis, allisque diebus pro commoditate **temporis** et devotione parochianorum. Suggestus parieti affixus, ligneus. Chorus pro **cantoribus**, in quo organum novum alias pozytyw sed destructum vocum 7. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum depictum, foribus duabus cum **seramentis** bene **provisum** clauditur. Est etiam campanile ligneum ecclesiae **iunctum**, scandulis prout et ecclesia tectum, in quo campanae 2 maiores, supra ecclesiam **turricula** lignea, in qua est signatura. **Coemiterium** sepimentis ligneis **circum-**ductum habens portam, quae clauditur bene ac ossarium, in quo sepeliuntur mortuorum parochianorum cadavera tamquam ad ecclesiam matricam. Haec ecclesia habet capellam seu ecclesiam filialem ligneam tituli s. Annae, in ipsa villa sitam, in qua est confraternitas s. Annae. Fertur, quod sit benedicta, in qua sunt altaria 3 lignea. **Primum** altare maius s. Annae mensam habens **mura-**tam **cum** portatili, in qua situatum est ciborium ligneum, in quo asservatur ss. **Sacramentum** in **pixide** argentea supposito corporali, bene clausum, sed simplicis formae. Secundum est altare a dextra parte ligneum s. Antonii, habens mensam ligneam cum portatili, tertium altare a sinistra parte s. Nicolai etiam mensam habet cum portatili. Item baptisterium ligneum continens in se pelvim aeneam pro asservanda aqua baptismali bene clausum et coopertum. Piscina **pro** asservandis stropholis a baptisatis inferius penes baptisterium reperitur. Olea sacra in vasis stanneis in sacrario servantur. Sacarium ligneum bene foribus **provisum**, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica, quae sunt translata ex ecclesia parochiali s. Clementis, qua utitur utraque ecclesia. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum depictum prout et ecclesia. Item est chorus parieti affixus, in quo stat organum alias pozytyw vocum 7. Habet fores

duas firmas et bene provisas. Est etiam oratorium supra sacrarium ad parietem extra ecclesiam extractum, ad quod oratorium non apertis ianuis ecclesiae **intrare** potest, habet seorsivas fores picturis adornatum. Ex eodem oratorio est fenestra ad ecclesiam propter divina audienda in pariete oblonga. Habet ecclesia campanas 2 supra tectum ecclesiae **unam** in turricula, alteram intra tectum **scandulatum**, quo tecta est ecclesia, pro **con** vocatione et populi. Coemiterium seipimentis ligneis obductum scandulis tectum. Est confraternitas s. Annae fundata a. 1674, sed sine dote praeter 3 imperiales sylesiticos. Indulgentias habet pro festo s. Clementis. Hospitale ad hanc ecclesiam est pauperum, in quo 7 pauperes degunt. **Dotem** habet summam capitalem 600 tynfonum in bonis haereditariis villae Mizerow tl. Martini Ferdinandi de Promnicz in cancellaria Plesnensi ab a. 1714, 10 I **inscriptam**, a qua percipiunt quotannis **censum** per 6 tynfones a cento, quem convertit parochus pro necessitatibus pauperum et hospitalis'. Reditus ecclesiae parochialis Landzinensis tituli s. Clementis. Habet parochus **decimam** ex villa Landziny a **cmethonibus**, quotquot reperiuntur manipularem integram, quae conducitur ad horreum plebanale. Ex villa Imielnie habet **decimam** manipularem **mediam**, **quam** exdecimat. Ex villa Jaworznia **itidem** **decimam** manipularem praeter scultetiam, de qua parochus Jaworzniensis percipit. Ex villa Cieszkowice habet **decimam** manipularem integram, quae decimatur et conducitur. Item habet **censum** a **summa** capitali 30 imperialium pro ecclesia Landzinensi pro **recommendatione animae** tl. **Szafrański** ex ambona quotannis a tl. Stolz percipit. Item habet agros circa ecclesiam parochialem s. Clementis in monte ex omnibus partibus **iacentes**, qui terminantur ad orientem cum agris Joannis Lubina, ad occidentem cum agris tl. comitis et cum agris organarli eiusque ecclesiae, ad meridiem cum pratis tl. comitis, ad septentrionem cum agris etiam eiusque tl. comitis et cum agris Simonis **Gornik**. Idem parochus habet pratum, a quo **censum**, qui **illud defalcat**, 4 tynfones pro quolibet anno solvere parochus **debet**. Item habet legatum pro ecclesia s. Clementis per tl. **Petrum** Zborowski, decanum **Plesnensem**, florenos rhenenses 50 et alios 50 similiter pro capella **sive** ecclesia s. Anna, quod legatum apud se parochus detinet. Habet etiam tl. parochus subditos 8, hortulanos 2, duobus diebus in septimana pecoribus laborantes, inquilinos 2 vulgo **chałupnikow** duobus diebus manibus laborantes. Item inquilinos seu komornikow 4 per **unum** diem laborantes. Rector seu parochus in Landziny tl. Nicolaus Steblicki, annorum 35, ordinatus pro presbyteratu ad titulum tl. episcopi Cracoviensis per tl. Stephanum Rupniewski, suffraganeum Leopoliensem, dominica prima post festum ss. Petri et Pauli a. 1713 in ecclesia s. Martini conventus monialium Cracoviensium. Institutus ad ecclesiam Landzinensem 15 II 1716 a. Approbationem et institutionem produxit. Pro residentia sui habet aedificia 2, unum antiquum, vetustum, quod magna reparatione indiget, alterum in veteri fundamento per pie defunctum antecessorem **suum** noviter aedificatum. Item alia aedificia et stabula pro equis, pecoribus et peçudibus. Vicarium fovet tl. Joannem Scierski, dioecesis Cracoviensis, annorum 36, qui salariatur annuatim 100 florenis a parochus. Ordinatus ad provisionem ecclesiae parochialis Solcensis, presbyter factus per tl. Casimirum Lubienski, **episcopum** Cracoviensem, a. 1712 sabbatho quatuor **temporum**, qua fuit dies 21 V, prout testimonio ex libro metrices ordinandorum authentice desumpto legitimavit et manu tl. Michaelis **Wodziecki**, iudicis generalis delegati Cracoviensis subscripto deduxit. Approbationem et applicationem non produxit. Habet domum pro sui residentia sufficientem. **Organarium** fovet, qui **simul** et cantoris officium agit, habet domum pro residentia sui **ruinatam** et certos agros particulares penes agros plebanales. Pratum habet in vim salarii praeter accidentia et petitam. Ad hanc ecclesiam parochialem pertinent villae Landziny, **Iemielnie**, **Smarzowice**, Goławiec, Krasowy, **Sciernie**. Pro confessione paschali numerantur personae 1300.

Ordinatio pro ecclesia parochiali Landzinensi, Qui parochiali **perfunguntur** officio non tantum decorem sponsae suae diligere, sed pro exigentia loci desiderata

omnino providere tenentur. Cum igitur ecclesia Landzinensis infrascriptorum indigeat, proinde tl. Nicolaus Steblicki, Landzinensis parochus, infrascriptis punctis morem geret et eadem quamprimum exequetur. Quandoquidem suae ecclesiae s. Cimentis in colle eminentiori extra communitatem villae Landziny fundatae nulla domus vicina exstat, sed ipsamet ecclesia distincta et separata manet, fenestrae non procul a terra elevatae prostant, dictaque ecclesia aliquoties per fures damna notabilia passa est, periculumque propterea metuitur alterius damni, potissimum furti, proinde tl. parochus loci ibidem venerabile Sacramentum non servabit, in eaque ecclesia non plus ex sacris hostiis consecrabit, quam ad communicandum necessitas postulabit. Baptisterium antiquum in-forme fonte baptismali carens, cum illud in ecclesia s. Annae conservetur, de medio ecclesiae ad fores transferet, in illud aquam lustralem more aliarum ecclesiarum infundet atque conservabit. In ecclesia s. Annae ciborium elegantius adornabit, solidius firmabit atque restaurabit. Olea sacra non in ecclesia s. Cimentis ut immediate, sed in ecclesia s. Annae in armariolo ad maius altare parieti affixo, decenter praeparato et bene clauso conservabit. Supellectilem ecclesiasticam utpote apparatus sacros, cassulas ex serico, albas ex lino reficiet, librum pro describendis mortuis fidelibus comparabit, in eodemque nomina et cognomina parochianorum inseret, metriculas baptisatorum ac copulatorum ab aliquot annis, si et in quantum non sunt inscripti, revidebit, perleget atque corriget. Ossa fidelium defunctorum adhibitis quam plurimis missae sacrificiis sepelet et in futurum, quando tumulabuntur mortui et ossa capitum atque particula cadaverum effodiuntur, haec eademque rursus in eodem tumulo profundius in terrae visceribus recondentur. In die parasceves amplius dialogos fieri non permittit, regestrum hospitalis perceptorum ac expensarum comparabit et exacte omnia notabit, ad fenestram in oratorio ferream cratem, illamque firmam ponet, non cohabitantes matrimonialiter coniuges, videlicet Gallum Owcarz et Mariannam Banasionka, ad mutuam cohabitationem compellet. Doctrinam fidei orthodoxae, videlicet Catechismum Romanum, diebus dominicis more aliarum ecclesiarum deambulando per ecclesiam suis parochianis instillabit et eosdem per questiones et responsiones in omni charitate examinabit. Iudaei ne catholicos ad sua obsequia foveant curabit, caeteraque quae pietas suadebit et zelus pastoralis dictabit, facere intendent. Quia vero tl. Joannes Scierski vicarius approbationem et applicationem sui ad obsequium et ministerium ecclesiae huius in forma authentica recenter obtenta non exhibuit, ideo iniungitur eidem quaternis approbationem et applicationem procuret, ne censuris contra vagos presbyteros fulminatis ligetur et innodetur, eidemque vicario demandatur quatenus librum baptisatorum maiori et exactiori diligentia meliori character e inscribat, spatia nulla non relinquat, praesentemque ordinationem quoad sui personam et respective vicarii prolatam idem tl. parochus in proxima decanali congregatione tl. decano praesentet.

Tychy 4 XI 1720

Ecclesia in hac villa est lignea, tituli s. Mariae Magdalенаe, iurispatronatus comitis de Promnicz, consecrata per tl. Michaellem Szembek, episcopum Paschensem, suffraganeum Cracoviensem anno 1718, die 29 V, quae fuit tertia feria post Pentecostes. Diem anniversarium consecrationis dominicam primam post festum Sanctorum Omnium. In hac ecclesia est altare maius ligneum, habens mensam muratam consecra tam, in qua asser va tur sanctissimum Sacramentum. Ciborium est ligneum, picturis adornatum et bene clausum, in quo asservatur Sanctissimum in pixide argentea intus deaurata, supposito corporali. Expositiones Sanctissimi et processiones infra octavam Corporis Christi et pro festo Resurrectionis Domini. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situatus. bene clausus, continens in se lebetem aeneum pro conservanda aqua baptismali. Ibidem piscina penes fontem pro asservandis stropholis. Olea sacra in vasis stanneis ad parietem ecclesiae in armariolo conservantur. Pavimentum ecclesiae

asseribus stratum, tabulatum asseribus, depictum. Suggestus parieti affixus ligneus. Sunt etiam altaria collateralia 2, unum s. Mariae Magdalenae habens mensam muratam cum portatili, alterum tituli s. Antonii etiam habet mensam cum portatili. Sacrarium ligneum bene provisum folibus clauditur, in quo sunt armaria nova pro conservanda supellectili ecclesiae. Chorus ligneus parieti affixus, in quo organum alias pozytyw novum. Haec ecclesia indulgentias habet pro festo s. Mariae Magdalenae 1712 anno adraissas et clauditur folibus duabus bene provis. Campanile ligneum scandulis prout et ecclesia tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, benedictae per supra scriptum suffraganeum Cracoviensem. Est. etiam alia campanula alias signatura in turricula supra tectum. Coemiterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum prout et ossorium.

Reditus ecclesiae parochialis Tychnensis. Habet hortum ad domum plebanalem pro oleribus, in quo sunt etiam arbores alias Sliwina. Item agrum, qui incipit a schola et protendit usque ad pratum plebanale, cuius agri stadia reperiuntur 18, in unoquoque stadio sunt 25 sulci. Item habet pratum. Item est hortulania. quam organarius tenet ex iussu et consensu communitalis Tychensis. Item tl. parochus habet stagnum. Item habet sub silva agri notabilem partem, in quo agro excrevit pars silvae. Missalia ex villa Tychy et Paprocany quotannis percipit siliginis coretos alias wiertelci 76, avenae coretos 110. Ex praedio autem Tychensi percipit annuatim siliginis coretos alias wiertelci 6 et totidem avenae. Praeter missalia quilibet cmetho alias siedlak unusquisque eorum, qui ad missalia tenetur, etiam unum currum lignorum quolibet anno parochi ad domum plebanalem conducere debet. Rector scilicet parochus Stanislaus Jędrkiewicz, dioecesis cracoviensis, annorum 60. Ordinatus ad presbyteratum anno 1681, sabbatho Pro Sittentibus ante dominicam Passionis, quae fuit dies 22 III per tl. olim Nicolaum Oborski, suffraganeum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam 1696, 9 VIII. Approbationem produxit. Habet pro residentia sua domum cum atrio et est hypocaustum cum camera pro persona sua, ex apposito vero pro familia alias czeladnik. Item habet horreum, stabula exigua pro equis, pecoribus et pecudibus. Organarium fovet, qui simul et cantoris officium agit. Hic habet domum pro mansione, ad cuius reparationem prout et domus plebanalis parochiani tenentur. Eundem organarium parochiani salariant. Villae ad ecclesiam parochialem pro administratione Sacramentorum pertinent Tychy et Paprocany. Ad confessionem paschalem numerantur personae 700. In hac parochia lutherani signanter in praedio Tichnensi existunt uxorati. Judaeus in braxatorio Tichnensi cum uxore et liberis manet.

Ordinatio: Per quae media et modos cultus Dei promovetur, disciplina ecclesiae retinetur vel potius restituita, has fines praesens visitatio intendit et ad eos effectus est instituta. Cum igitur in ecclesia Tichnensi, cui praest tl. Stanislaus Jędrówic, reformatione in articulis infra descriptis quam primum exequendis indigeat, haec eidem intimantur. Quatenus ad baptisterium cooperculum formae elegantioris comparet. Vasculum pro sanctissimo venerabili Sacramento ad infirmos deferendo pro reverentia tanti Sacramenti provideat, pallas, tela, albi linei subducat, easque semper nitide retineat. Constitutiones Rubiencianas pro observandis decretis synodalibus omnino habeat. Missalia et omnes proventus ecclesiae debitos per parochianos retentos omni meliori modo repetat atque eyncat. Pro communionem paschali parochianos iuxta usum aliarum ecclesiarum conscribi nunquam intermittat. Benedictionibus matrimoniorum iuxta praescriptum Concilii Tridentini 2 vel 3 testes ad assistendum adhiberi demandet. Judaeum arendatorem brascatorii non adeat, gravitatem morum observantiae et reverentiae presbyteralis conciliatricem servet, praesentemque ordinationem nostram exsequatur eandem in sequenti Deo dante congregatione decanali praesentari non omittat.

*Pszczyna oppidum 27 octobris 1720 a*

In hoc oppido est ecclesia murata tituli Sanctorum Omnium, iurispatronatus tl. Hartmani, sacri romani imperii comitis de Promnicz, dynastae in Silesia Pless-



16, Henricus Pusz, civis plessnensis, dat ex agro suo imperialem 1 et boh. 2. Proventus ecclesiae s. Hedwigis: Ratione huius ecclesiae spectant **tl. parochi** plessnensi horti 4 passim sic dicti. Sunt aliae partes notabiles agrorum 3 immediate circa ecclesiam, quartus penes viam immediate post horrea civium. Habetur etiam ager inter agros civitatenses stadorum 5 in longum et sulcorum 13 in latum. Praeter haec stadia 5 sunt in eodem tractu stadia 2 circa lacunar, quae stadia tl. Adalbertus Gawiński, parochus et decanus plessnensis ad persuasionem quorundam rectori cessit in usum, ut satisfaceret pretensionibus antiquis, de quibus praesenti parochi non constat, tolerat tamen cessionem modernus parochus, donec aliud a loci ordinario decidatur. Proventus ecclesiae parochialis Goczałkowiensis, filialis ecclesiae plessnensis. Ex villa Goczałkowie pendunt parochiani tl. parochi plessnensi singulis annis de siligine coretos 67, de avena coretos 67. Item mensalia antiquitus dant bohemicos 20 seu 1 florenum renensem. Ad hanc ecclesiam spectat etiam quidam ager, in quo antiquitus fundatus est **subditus**, qui antecesserit solebat laborare parochi plessnensi 3 dies in septimana iumentis, pro nunc vero ab annis circiter 40 tribuit in vim laboris singulim 16 tl. **syl.** pro festo s. Georgii 8 et pro festo s. Michaelis etiam 8. Hospitalia sunt 2 Plessae: **Primum** hospitale **muratum** antiquum quasi in ipso coemeterio ad ecclesiam parochialem plessnensem per de Promnicz, episcopum wratislaviensem fundatum et erectum. Est atrium et hypocausta 2, ex opposito sibi aedificatis, in quibus personae pauperes **manere** debent 26, ad praesens tantummodo 9 pauperes manentes **reperiuntur**, una lutherana apostatrix, alii pauperes apud oppidanos in diversis domibus et locis **manent**. De dote huius hospitalis nulla est clara notitia, nisi haec, quod illis de arce et oppido Plesno **providetur**. **Alterum** hospitale extra oppidum ligneum cum atrio, in quo sunt 2 hypocausta ex opposito sibi extracta. Manent in eodem pauperes 13. Habent **summam** provisionalem capitalem florenorum renensium 345 apud oppidanos plessnenses, a quolibet cento 6 renenses percipit provisor annuatim. Item ad hoc hospitale spectat agri stadium, in quo sunt **sulci** 85. Ex hoc stadio solvuntur 6 renenses. Item est **stagnum**, ex quo proveniunt grossi boemici 10, ex altero stagno renenses 5 et 24 cruciferos sive **graycaros** percipit et pro necessitatibus hospitalis et pauperum exponit. Calculationi de **perceptis** et expensis **magistratus** plessnensis attendit, sed isti pauperes saepius ex eleemosyna vivunt, **quam** ex fundatione et ligna sibi procurant.

Rector seu parochus **harum** ecclesiarum tl. Andreas Pisula, annorum 51: dioecesis wratislaviensis, ordinatus pro presbyteratu a. 1696 die 6 VI per tl. Brunetti, episcopum Lacedemoniensem, suffraganum wratislaviensem. Institutus ad ecclesiam plessnensem a 1720. Habet pro residente sui domum ligneam, commodam cum 2 hypocaustis, cameris et atria, in qua est hypocaustum pro familia, scandulis **tectam**, alia aedificia et stabula exigua pro equis, pecoribus et pecudibus. Approbationem produxit. Fovet vicarium tl. Simonem Nowak, annos 41, **dioecesis** olomunicensis, ordinatus pro presbyteratu per tl. Michaellem Szembek, suffraganum cracoviensem, episcopum Paphensem, dominica supra octavam Epiphaniae, quae fuit dies 12 I a. 1720. Applicationem et approbationem ad hanc ecclesiam produxit, qui habet domum commodam pro residentia sui cum atrio noviter **extractam** per parochianos goczałkowicenses, salariatur per tl. parochum loci iuxta conventionem. Item est capellanus confraternitatis Rosarii Joannes Zabrzecki, dioecesis cracoviensis, annorum 25, ordinatus a. 1718, sabbatho pro festo s. **Mathaei**, quae fuit dies 4 IX, institutus ad capellam rosarianam a. 1720, die 21 VIII, qui etiam **munus** vicariatus circa ecclesiam septimanatim sustinet, percipit salarium in erectione Confraternitatis **specificatum**. Habet domum pro residentia sua antiquam et qui earn reparare aut aedificare debeat? Fundator capellae mentionem non fecit. Item domus scholae est sat commoda, habet 3 cubi-cula, unum commune pro pueris, alterum pro **praepceptore** scholae, tertium pro organario. In quolibet cubiculo sunt **fornaces**. **Praedictam** domum aedificavit et **conservat** communitas plessnensis. Ministri ecclesiae salariantur iuxta anti-

**lici sepeliuntur.** Campanile ligneum, in quo campanae sunt 3, harum una concussa. Coemeterium sepimentis ligneis circumductum, et 2 portae cum foribus, quibus clauditur. Haec ecclesia nullam dotem habet. Est adhuc ecclesia filialis in villa Goczałkowice, lignea, antiqua s. Adalbert episcopi et martyris, tum s. Georgii martyris. An sit consecrata non constat, tamen dedicationis diem dominica XXIII post Pentecostes observant. In qua est altare maius ligneum antiquae, formae, mensam habens cum portatili, in qua ciborium situm, sed ibi non asservatur Sanctissimum, nisi in parochiali Plessnensi matrice. Suggestum habet ligneum parieti affixum, sacrarium ligneum, pavimentum stratum asseribus, tabulatum asseritium depictum prout et parietes. Pro eaque habet vitricum, qui claudit et aperit hanc ecclesiam. Item fores 2 habet claustris bene provisae cum sera pensili, quibus clauditur. Baptisterium et olea sacra in eadem ecclesia non asservantur, sed in ecclesia Plessnensi matrice. Campanile ligneum scandulis prout et ecclesia tectum, in quo sunt campanae 2. Coemeterium sepimentis ligneis circumductum cum porta scandulis tectum. Haec ecclesia licet a multis annis ad parochialem plessnensem spectabat, sed nunc pro firmiori per decretum olim Casimiri Lubieński, episcopi cracoviensis 1716, die 11 V, pro filiali ecclesia parochialis plessnensis declarata et adiudicata est.

Reditus ecclesiae parochialis Plessnensis: Habet ecclesia haec praediolum in villa Stara Wieś prope Plesnam cum laboriosis: cmethone uno, qui laborat per septimanam 4 dies iumentis, hortulano uno, qui laborat dies 3 pedester et inquilinis 2, qui laborant pedestres dies 2. Habet agrum in illo praediolo a domo usque ad viam centum, post viam vero 66 circiter sulcorum in latum, stadiorum 20 in longum. Item habet etiam piscinulas in eadem villa Stara Wieś 4, quae subsunt maximis periculis provenientibus ex inundatione aquarum. Inveniuntur praeterea piscinulae in campo desolato Piasek villam versus, quarum nullus ferme est usus. Item aliae 2 similiter desolatae Poremba pagum versus. Missalia de civitate Plesna dantur missalia annuatim de siligine coreti 34, de avena similiter coreti 34. Suburbani dant siliginis coretos 12, ex villa Stara Wieś de siligine coreti 51 1/2, de avena coreti 51 1/2, ex villa Porombka de siligine coreti 31 1/2, de avena coreti 31 1/2, ex villa Jankowice de siligine coreti 17, de avena coreti 17, ex villa Piasek de siligine coreti 19, de avena coreti 19. Haec omnia intelliguntur confertae seu wierzchowata praeter praedium tl. comitis. Nam praedium Siedlocense dictum in suburbio dat de siligine coreti 21, de avena coreti 21 mensurae plessnensis planae seu strychowata. Decima: in villa Cielmice a 15 cmethonibus accipitur decima manipularis de 5 granis, id est tritico, siligine, hordeo, pisa et avena, quae pro arbitrio parodii aut in natura percipitur aut venditur. In villa Charkow a 6 cmethonibus percipitur decima manipularis, pro qua soient dare 6 imperiales et 8 pullos, id tamen ad arbitrami parochi. Ex praedio ibidem sito domini Eliae Graupneri, incolae plessnensis, percipitur decima manipularis a 6 cmethonibus, pro illa soient dare 9 imperiales et 12 pullos. In villa Kobier incolae tenentur advehere ligna in vim missalium uno anno currus 8, altero anno currus 7. Villa Studzienice ab antiquo pendit tl. parochi plessnensi 20 bohemicos seu 1 florenum renensem. Census: Annue magistratus Plessnensis dat 17 taleros silesiticos, medietatem pro festo s. Georgii, id est 8 tl. et 12 bohemicos, et medietatem pro festo s. Michaelis, id est 8 fl. et 12 boh. Haeredes in villa Orzesze pendunt tl. syles., idque pro festo s. Georgii 6 tl. pro festo s. Michaelis 6 tl. syl. Tl. Florianus Lubański, haeres in Goławiec, pendit pro festo s. Martini 6 imperiales et 12 bohemicos. Wenceslaus Suchodolski ex agro Gałuszowsciano in suburbio plessnensi pendit pro festo s. Martini imperiales 4 et 18 bohemicos. Gregorius Janik, civis plessnensis ex agro suo pendit annuatim pro festo s. Martini imperiales 2, bohemicos 2, Christophorus Weszka, civis plessnensis ex agro suo dat imperialem 1 et bohemicos 2, Adamus Stayson, civis plessnensis ex agro suo pro festo s. Martini dat imperialem 1 et bohemicos 2, Adamus Altz, civis plessnensis dat ex agro suo imperialem 1 et boh. 2, Joannes Winkler, civis plessnensis, dat ex agro suo pro festo s. Martini bohemicos

nensi dicti oppidi, consecrata anno 1692 per tl. Stanislaum Szembek, episcopum Dyonisiensem. In qua ecclesia sunt altaria 3. Maius altare ligneum, continens in se imaginem Omnium Sanctorum, decenter depictum, habens mensam lapideam consecratam, in qua ciborium locatum, decenter factum et pictum atque bene clausum. In eodem altari asservatur sanctissimum Sacramentum in pixide argentea intus deaurata supposito corporali. Expositio et processio cum Sanctissimo festis solemnioribus et respectu confraternitatis Rosarianae atque in octava Corporis Christi, turn in anniversario dedicationis ecclesiae, quam observant dominica sexta post festum Ascensionis Domini. In hoc altari sunt reliquiae ex antiquo penes ciborium situatae. Ad idem altare gradus lapideus ligno obductus et craticula ante gradus. Fons baptismalis lapideus, habens tegimentum ligneum in medio ecclesiae locatum effigie supra sculpta s. Joannes Baptistae, continetque in se lebetem aeneum pro conservanda aqua baptismali, quae reperitur oleis sacris mixta. Piscina pro servandis strophialis a baptismatis ad parietem ante maius altare reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 in armario parieti ecclesiae ad maius altare affixo conservantur. Altaria in eaque ecclesia collateralia unum a latere dextro s. Josephi et Jesus et Maria, ligneum, mensam habens ligneam cum portatili decenter exstructum et depictum, secundum a latere sinistro s. Adalbert, episcopi et martyris, ligneum, mensam habens muratam cum portatili, decenter exstructum picturisque adornatum. Sacrarium testudineatum, in quo est mensa cum armariis maioribus et minoribus pro servanda suppellectili ecclesiastica, foribus ferreis bene provisus, seramentis clauditur. Fenestram habet etiam ferro obductam provisamque optime. Suggestus ligneus ad partem meridionalem parieti affixus antiquus ex oratorio arcensi acatholicorum quondam post cassationem eiusdem oratorii ad ecclesiam translatus. Item est capella rosariana ad septentrionem murata, testudineata, foundationis Joannis Francisci Szafranski, parochi plessnensis, quae clauditur ex ecclesia ferreis foribus craticulatis. Extat ibi altare ligneum decenter exstructum et depictum, continens in se imaginem BMV elegantissime pictam. Mensam habet lapideam, consecratam. In hac capella decantatur rosarium per confraternitatem sacratissimi Rosarii. Supellectilem ad ornamentimi tam argenteam quam sericeam aliam variam distinctam habet a supellectili ecclesiae. Item ex appposito huius capellae est alia capella murata versus meridiem tl. comitum de Promnicz, in qua nullum est altare, sed inferius sepulchrum, in quo sepeliebantur luth erarum cadavera in tumbis stanneis de domo comitum in Promnicz, inter quos de una solo constat, qui ex lutherano revocavit et ibi depositum est eius cadaver. Chorus pro musica et cantoribus ligneus, depictus, parieti affixus, in quo stat organum bonum cum pedali. Pavimentum ecclesiae lapide stratum, ipsa vero ecclesia ex lapide cocto cum turri ex simili lapide sibi annexa aedificata, testudineata, tecta cooperta, indiget reparatione notabili ex parte. Januas habet binas cum porticis bene provisus, ferro obductas, quibus clauditur. In hacce praefata turri campanae maiores sunt 3, quarta supra ecclesiam. Coemeterium circa hanc ecclesiam non est obductum nisi ex parte eundo ex civitate. Est etiam ecclesia extra civitatem tituli s. Hedwigis, antiqua, lignea, scandulis tecta, an sit consecrata, non constat. In qua est altare habens mensam muratam cum portatili. Sacrarium pro asservanda supellectili, quae reperitur exigua. Fores habet bonas. Pavimentum ex asseribus stratum non bonum. Tabulatum ligneum. Haec ecclesia habet foras binas bene provisus, quibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, in quo sunt 2 campanae, quarum una concussa. Supra ecclesiam etiam campanile alias signatura. Coemeterium, in quo cadavera mortuorum sepeliuntur, sepimentis ligneis circumductum. Item est alia ecclesia lignea tituli s. Crucis, antiquitus s. Wolfgangi episcopi et confessoris, ad occasum solis extra Plesnam sita, scandulis tecta, non consecrata, habet altare ligneum et mensam ligneam cum portatili, sacrarium ligneum, pavimentum asseritium et tabulatum, chorus appensus parieti, ligneus, oblongus. Calix et reliquias apparatus pro sacerdote habetur hic nullus. Potissimum circa hanc ecclesiam acatho-

quam consuetudinem. Rector scholae Thomas Rzadkowic possidet agrum certum, de quo **quaerulatur** allegans, quod sit commutatus pro agro plebanali. Ad parochiam plessnensem spectant iure parochiae oppidum Plesna alias Pszczyzna, villae Goczałkowice, in qua est ecclesia filialis, Stara Wieś, Poręba, Radestowice, Czarkow, Kobierz, Studzienice, Jankowice, Piasek, ex quibus pro confessione paschali **numerantur** ut fertur 2000 vel plus. In oppido Plesna supponitur, quod sint personae acatholicorum 500 ad minimum, in pagis vero eiusdem sectae 50 **reperiuntur**. Ordinatio pro ecclesia parochiali in oppido Plesna: Ubivis locorum cultus Dei, **zelus** orthodoxae religionis incessanter promovendus est, ad quem effectum praesens visitatio a tl. Principe tl. Constantino Feliciano in Szaniawy Szaniawski, episcopo cracoviensi est instituta, magis tarnen ferventius et frequentius in locis his servari talia requisita debent, ubi hereticae pravitatis **imitatores** reperiuntur. Proinde **cum** tl. Andreas Pisula loci huius immediatus rector non recepto praesentis ordinationis instrumento in viam aeternitatis, prout Altissimo placuit, ingressus est, succedaneus eius gloriam Dei in augmento disciplinam ecclesiasticam in vigore — Christianam pietatem in fervore — cunctis sui regiminis diebus servabit. Oviculasque suas a fide vera aberrantes ad **sanc-tam** catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam, omnium ecclesiarum **ma-trem** et magistram reducere pro modulo suo curabit. Quia vero **itidem** pie defunctus immediatus beneficiatus ad executionem infra scriptorum ex visitatione immediate obligatus **erat**, idcirco successor eius in beneficio et officio **munia** et incumbentias sequentes adimplebit: Ecclesiam, sponsam **suam**, reparatione indilata indigentem restaurari curabit, pro huiusmodique sumptibus ad **tl.** collatorem vel ad quem de iure consuetudine restauratio pertinere solet, cum omni civilitate et respectu recursum faciet, operimentum fontis baptismalis elegantius et solidius procurabit piscinulam **melius** ac decentius conteget. Senio confectam mulierem apostatricem lutheranam in hospitali inter catholicos **conhabitantem**, ne pauperes in devotione praepediat, vel **eosdem**, quod absit, erroribus lutheranis **inficiat** atque corrumpat, ex loco pio et religioso ecclesiae catholicae subiecto suaviter **amoveri** studebit. G. **Więcek**, cancellariae Plessnensis **superintendentem** em lutheranum extructionem tumuli et sepulchri pro se et suis **successoribus** ad ecclesiam s. Crucis meditantem, ne cogitationes huius modi expleat et ad effectum deducat, impedit. Missae sacrificium non **omnes** simul presbyteri ecclesiae plessnensis ministri absolvent, sed statutis horis pro acomoditate parochianorum et aliorum fidelium **recitabunt**. Catechisticam doctrinam populo parochiano tradet, de eademque doctrina per ecclesiam deambulando examina-bit. Sanctissimum venerabile Sacramentum qualibet die octava renovam faciet. Pro communione paschali suos parochianos conscribet, vicarium **suum**, ne famulam iuvenulam sed annosam coctricem foveat et decreto praesenti monebit, idemque decretum in omnibus et singulis punctis **omnino** exequetur, **cum** frustra decreta ferantur, nisi executioni **demandentur**, ordinationemque praesentem in proxima congregatione decanali producet et remonstrabit.

#### *Łąka 28 X 1720*

Haec villa habet ecclesiam parochialem ligneam tituli s. Nicolai, iurispatronatus comitis de Promnicz, consecrata per tl. Stanislaum Szembek, episcopum suffraganeum cracoviensem mense maio 1692 a. Dedicationis anniversariam diem observant dominicam **primam** post s. Hedwigis. In hac ecclesia locatum est **ciborium** in mensa maioris altaris, ligneum, picturis adornatum et decenter exstructum, bene clausum, in quo Sanctissimum conservata in calice argenteo intus deaurato. Expositio Sanctissimi et processio pro festo Resurrectionis Domini et infra octavam Corporis Christi et in festis s. Nicolai, Visitationis BMV. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae **locatus**, **pelvim** in se continens aeneam pro conservanda aqua baptismali, decenter ornatus et bene clausus. Ibidemque piscina inferius reperitur. Olea sacra in **vasi** s. stanneis tribus in armario parieti ecclesiae affixo servantur. Altaria tria: Primum magnum, ligneum, continet in se imaginem s. Nicolai depictum. Una cum ciborio colore albo alias

W **Marmurek** decenter extractum habet mensam **muratam, consecratam**, secundum altare minus, ligneum Assumptionis **BMV** ex una parte, tertium ex altera parte s. Josephi ligneum, habet mensam **muratam**, sed istae **mensae** non sunt consecratae et in portatili missae sacrificium celebratur. Haec altaria **picturis albis** adornata alias **W Marmurek** prout et altare maius. Indulgentias habet pro festis visitationis et s. Nicolai et pro **litanis** decantandis diebus sabbativis anno 1716 admissas. Sacrarium ligneum, in quo est mensa cum armariis pro **conservanda** supellectili ecclesiastica, foribus ligneis ferro obductis bene provisus clausum. Suggestus seu ambona ligneus parieti affixus cum evangelistis 4 depictus Confessionale ligneum simplex in ecclesia. Est etiam chorus parieti affixus ligneus, depictus, in quo stat organum alias **pozytyw**, vocum 7. Pavimentum asseritami et tabulatum picturis adornatum. **Eadem** ecclesia habet fores 2, unas ex parte meridionali ligneas, bene provisus claustra et sera pensili clauduntur, alteras ex parte occidentali ligneas fulco seraque **pensili** clauduntur. Haec ecclesia scandulis tecta, superius in medio ecclesiae turracula ligneae, in qua est campanula alias signatura. Erectio eiusdem ecclesiae non reperita. Fenestras integras habet. Campanile seorsim ab ecclesia locatum, ligneum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2, una maior, altera minor. Coemeterium cum porta, sepimentis ligneis **obductum**, sed indiget reparatione et ossarium.

Reditus huius ecclesiae: Habet haec ecclesia pro dote stagna exigua 2 intra **ipsam** villani Łąka. Item piscinae parvae 2, ex quibus stagnis et piscinis medicus proventus et aliquando nullus provenit parochio. Item habet hortulos 3 cum arboribus fructiferis. Item habet agri stadia 17, unum quodque stadium continet in se sulcos 80, qua stadia incipiunt a meta vicini Kołodziej dicti et protenduntur usque ad **metam** agrorum organarli, inter haec praedicta stadia adhuc inveniuntur stagna parva 3, ex quibus 2 praecise spectant ad parochum, **tertium mixtum** sive coniunctum cum organarlo in limite, qui fundi seu agri supra specificati **tam** plebanales quam organarli terminantur ad limen villae Goczałkowice. Missalia solvuntur parochio de siligine **coretorum** in **summa** 158 confertae mensurae plessnensis, de avena coretorum 154. Subditum habet 1 modernus parochus, quem sibi procuravit tribuendo ipsi certain **partem** agri, nam antea nullus subditus inveniebatur. Collocatus est itidem subditus in fundo plebanali, qui laborat parochio 2 dies in septimana. Inventarium post antecessorem suum, quo haec ecclesia fuit in manibus acatholicorum. Rector seu parochus huius **domus** plebanalis, supellectilis et agraria, pecorum pecudumque non recipit, ideo etiam in praesenti visitatione idem non produxit et erectionem non habet, ex ecclesiae tl. Franciscus Trębłowicz, annorum 62, ordinatus pro presbyteratu a. 1694, sabbatho ante dominicam Passionis, quae fuit dies 27 III, per tl. Stanislaum Szembek, episcopum Dyonisiensem, suffraganeum cracoviensem, institutus ad **nanc** ecclesiam a. 1697. Approbationem produxit ad hanc ecclesiam **parochialem**. Pro administratione Sacramentorum tantum haec villa Łąka pertinet. Ad confessionem paschalem personae numerantur 556. Habet pro residentia sui domum ligneam, ruinosam, putrefactam cum cameris et atrio, in seorsivo loco hypocaustum pro familia, etiam vetustate corruptum. Horreum, stabula pro equis, pecoribus et **pecudibus** exigua et alia aedificia, ad quorum reparationem prout et ecclesiae sepimentorum parochiani iuxta **morem** et consuetudinem tenentur. Fovet organarium, qui agit et cantoris officium. In vim salarii habet **agrum** stadiorum 17, in quolibet stadio 24 numerantur sulci. Protenditur hic ager incipiendo a meta plebanali usque ad metam laboriosi Szyszka. Ibidem habet 2 stagna pro **piscibus**. Item debent ipsi dare parochiani quolibet anno 30 bullas alias **pecinów panis** dicti Powietrzny pro pulsibus campanarum tempore **tempestatibus**. Habet mansionem et horreum atque stabula parva pro pecoribus et **pecudibus**, ad cuius reparationem parochiani tenentur, quia hae mansiones sunt ruinosae.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Łąka: Non est corrigendus, qui seipsum emendare potest. Quia vero tl. Franciscus Trębłowicz, loci huius parochus in

vindicatione proventuum ecclesiam, personamque suam concernentem inventus est remissior, idcirco serie eidem praecipitur, quatenus registrum proventuale comparet, debita apud parochianos extantia ad ecclesiam spectantia specificè, distincte conscribat, t. capitaneo iurisdictionem ad praemissa habenti praesentet, eius officium pro administratione iustitiae imploret, alias ne ecclesiae succedaneisque negligentia sua praeiudicet, tempestive per vindicationem omnimedam intermissa quantocius compenset Deo adiuvente, sive iure, sive bonis modis repetet, vindicata pro reparatione campanilis, sepimentis, coemeterii, aliisque necessitatibus ecclesiae convertet et applicabit, ad praemissam reparationem parochianos suos et ferendum subsidium invitabit iuxta submissionem suam tempore visitationis modernae factam. Quibus sic peractis ex elemosyna in carbonem reposita et collectis Christi fidelium coram t. parcho Plessnensi calculationem faciet. Ossa mortuorum more consueto adhibitis suffragiis sepeliet et in futurum quae effodientur statim in eodem tumulo profundius recondentur. Sanctissimum qualibet die octava semper renovetur, praesentemque ordinationem in congregatione decanali praesentabit.

### Brzeskie 30 X 1720

In hac villa est ecclesia lignea tituli ss. Philippi et Jacobi apostolorum, iuspatronatus comitis de Promnicz. De consecratione non constat, sed consecrationis diem observant primam dominicam post festum s. Martini. In hac ecclesia est ciborium in altari maiori structum simplicis figurae non valde adornatum, ligneum, bene tamen clausum, in quo conservato sanctissimum Sacramentum in pixide argentea intus deaurata. Expositio Sanctissimi pro festo Resurrectionis Christi Domini et intra octavas Corporis Christi. Reliquiae non reperiuntur. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situatus, in quo est pelvis stannea pro conservanda aqua lustrali. Piscina non ad baptisterium, sed in alio loco non bene apte reperitur. Olea sacra in vasis stanneis asservantur. Altare maius in eadem ecclesia ligneum, variis coloribus pictum, continens in se imaginem Immaculatae Conceptionis BMV cum mensa lignea et portatili. Item altare minus, novum, ligneum colore albo depictum, in quo est imago ss. Philippi et Jacobi, habens mensam ligneam cum portatili. Tertium altare antiquum, in quo non celebratur, quia non habet mensam capacem pro celebratione. Sacrarium ligneum, in quo est mensa cum armario pro conservanda supellectili, foribus bene provisus, claustro seraque pensili clauditur. Suggestus ligneus parieti affixus. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum asseritum. Confessionale ligneum in ecclesia. Chorus pro cantore parieti affixus ligneus. Haec ecclesia binis ostiis bene provisus Claudi solet. Indulgentias non habet. Campanile ligneum, similiter prout ecclesia scandulis tectum, in quo sunt campanae 2, supra vero ecclesiam in medio tecti turricula, in qua est campanula parva alias signatura. Coemeterium sepimentis ligneis circumductum, habens portam ad claudendum, in quo coemeterio catholici et lutherani sparsim sepeliuntur. Sciendum, quod hanc ecclesiam ante aliquot annos regebat Joannes Lascius, praedicator lutheranus. Reditus huius ecclesiae parochialis in Brzeskie: Imprimis habet pro fundo dotali agros parochiales in 3 campis. Primus inter tabernatorem Gallum Godziek et Joannem Goras consistentem cum via ex domo parochiali propria, quae tendit usque ad granitiem villae dictae Poremba, continentem in se stadia 15 extra hortum, quod est post horreum, inter quem agrum habet piscinam unam propriam sumptis parochi propriis comparatam. Item in alio campo habet agrum alterum post villam statim ad meridiem inter Gregorium Skrobol ex una parte et altera Christophorum Czech, continentem in se stadia 9, omnia nimis longa usque ad granitiem villae dictae Poremba, penes quam granitiem habet etiam piscinam inter agrum praedicti Gregorii Skrobol et Skotnica dicta, alteram proprio sumptu comparatam, ratione cuius piscinae isti Skrobol, ne usurpet medietatem illius inter agrum suum existentem, donavit modernus parochus siliginis coretum unum et medium totidemque avenae mensurae confertae successori

non **praeiudicando**. Item in tertio campo habet agrum inter Joannem Mędrek ex una parte et altera Gallum Godziek continentem in se 7 stadia, inter quae est **etiam pratum parvum**, ex quo potest accipi currus unus feni. Deinde habet piscinam penes Lazarum, advocatum villae Brzeście, ex una parte et altera penes **piscinas Pauli Godziek**, in qua piscina usurpat sibi advocatus wierzbowinem vulgo **dictam**. Habet praeterea parochus de villa Vistula Polonicali siliginis 2 małdrata et 4 coretos, totidemque avenae mensurae confertae Plessnensis. Item ex scultetia una in Vistula Polonicali 20 grossos syl. percipit et prandium pro **strena**. Item ab hortulanis et inquilinis mensalia per grossum syl. percipit. In villa Brzeście habet missalium unum **małdratum** et coretos 20 siliginis et avenae totidem etiam mensurae confertae. Sed Liber Beneficiorum et Retaxationum decimam manipularem post totam villam in Brzeście ostendunt. Ab hortulanis et inquilinis mensalia per grossum syl. percipit. Item in villa Kobieliće habet missalium 10 coretos siliginis et avenae totidem mensurae confertae **plessnensis**. Ex molendinis 2 tenentur dare parochus pro novo anno prandium vel **coenam** una cum scholirega ratione decimae manipularis. Ab hortulanis et inquilinis omnibus mensalia per grossum album percipit. Deinde habet etiam 2 piscinas post scholam statim adiacentes piscinae maiori tl. comitis a **Promnicz**, ex qua tempore hyemis debet fluere aqua pro piscibus parochi, existentibus in piscinulis. Item habet etiam parochus subditum ad laborandum, sicut et libri Visitationum docent, et non **alium** nisi vitricum **brescensem**, qui utitur **agro** ecclesiastico fundato, ex quo censum persolvit ecclesiae, qui liber est a redditibus **tributis** omnibus **tam** sacrae Caesareae Maiestatis, **quam** comitis a **Promnicz**, sicut Libri Conventuales docent.

Rector huius ecclesiae parochialis Brzescensis Valentinus Salowicz, annorum circiter 56, ordinatus pro presbyteratu a. 1690 sabbatho sancto, quae fuit dies 25 III, per tl. Stanislaum Szembek, episcopum Dionysiensem, suffraganeum Cracoviensem, institutus ad ecclesiam a. 1712, die 23 IX. Residentia sui habet **domum** plebanalem **ligneam**, in qua est hypocaustum cum camera, ad Wislenses parochianos pro reparatione spectant una **cum** tectis. Item habet alterum hypocaustum pro familia nigrum cum camera et atrio, quod Brzescenses parochiani reparare et restaurare sunt obligati. Item stabulum pro 2 equis in atrio. Iteri stabula propter pecora parva 2, quae Kobielicenses parochiani sub uno tegumento stramineo reparare tenentur. Item habet horreum, quod tenentur reparare et restaurare **omnes** parochiani, medietatem Vislenses una **cum** trituratolio, medietatem Brzescenses cum Kobieliensibus, post quod habet hortum propter olera sepibus **circumductum**, quare parochiani omnes debent proprio sumptu **reparare praeter tantum Goraus** et Kopyto, qui habent propria loca ad circumducentes sepes. Fovet cantorem sive scholarem, qui habet domum ex opposito ecclesiae **cum** hypocausto, cubiculo, fornace, mensa, fenestris et circumcirca cum scammis et atrio, item hortum propter olera circumductum sepibus a via publica villae Brzeście cum prato, ex quo potest recipi currum **parvum** feni. Item habet decimam manipularem post **cmethonem** unum penes parochiam **manentem**, Kopyto dictum, de 5 granis siliginis, hordei, avenae, tritici et pisae. Item habet de parochia tota et quolibet **cmethone**, hortulano per unum panem. Item traditur etiam per voces populi, quod **scholaris** habeat scholae Brzescensis agros maiores iuxta dimensionem ecclesiae tendentes ad prata tl. comitis de **Promnicz**. Ad quam scholam omnes parochiani tenentur sepes, fornacem, fenestras et **omnia** quaecumque possunt destrui in schola et extra scholam comparare, tantum parochus debet **illos** commovere ad ista omnia.

**Ordinatio** pro ecclesia parochiali in Brzeście: Magistram virtutis, nutrimentum religionis, ecclesiasticam disciplinam in omnibus **sectare**, quemadmodum christiano **homini** salutare et utile est, ita e contra adeo tantum negligere aut ei adversari nimis damnosum experientia docet. Proinde tl. Valentinus Selewicz, loci huius parochus, praemissae doctrinae **recordabitur** et sequentia **monita vim** praeepti continentis exequetur. Nimirum ciborium pro ratione et dignitate tan-

ti Sacramenti decentius **exornabit**, pixidem **parvam** pro Sanctissimo ad infirmos deferendo reparabit, **crucem** ex aurichalce hactenus destructam **instaurabit**, **armariolum**, in quo olea asservantur, fortius **claudet**, vasculum pro oleis sacris ad infirmos portandis providebit. Apparamenta ecclesiastica deteriorata resarcire **curabit**, pluviale alias cappam, quae posset dominicis et festis diebus pro **ratione** et **diversitate** temporum accomodari ad novo suae ecclesiae tamquam sponsae quamprimum emet. Piscinulam in alio loco **quam** hactenus est constituta **collocabit**, in matriculam baptismorum et mortuorum catholicos cum lutheranis **simul** non scribat, sed distinctim ac seorsive connotabit. Carbone ecclesiasticae accuratius et exactius **superintendet**, calculationem perceptorum, elemosynarum expositarum **coram** tl. decano loci assumpto parochi in Wisla indelate expediet, aediles seu provisores ecclesiae, viros probos, rector **exemplares** ex parochia ad tale officium **idoneos** constituet. Lubienianam synodum pro directione sui acquireret, rei oeconomicae cum **maiori** sedulitate et **diligentia** incumbet. Ad extremum consulendo propriae saniatti usui cremati non **indulgebit**, **sobrietatem** vigoris ecclesiasticum augmentum servabit, Sanctissimum quolibet die octava renovari curabit, praesentemque **ordinatonem** nostram in proxima decanali **congregatione** tl. decano monstrabit.

### Woszczycel XI 1720

In **eadem** villa est ecclesia lignea tituli ss. Petri et Pauli, iuspatronatus tl. Francisci Leopoldi de Franquen, Martini Ferdinandi de Promnicz, Joannis Nicolai de Raizwic. De consecratione huius ecclesiae non constat, attamen **diem** anniversariam dedicationis observant dominicam **primam** ante **festum** s. Martini quolibet anno. In hac ecclesia sunt altaria 3. Maius altare ligneum non ita pridem extractum, **nudum**, picturis adornatum, **mensam** habet muratam cum portatili, in qua mensa ciborium ligneum necdum depictum, bene tamen clausum et locatum, in quo Sanctissimum asservatur in **pixide** argentea intus deaurata suppositi corporali. Expositio Sanctissimi pro festis Resurrectionis Domini Nostri et infra octavam sacratissimi Corporis Christi. Indulgentias habet **pro** festo ss. Petri et Pauli et Annuntiationis BMV ad annum tantum duraturas. Fons baptismalis **ligneus**, in quo est pelvis cuprea pro conservanda aqua lustrali **benedicta**, bene coopertus et sera pensili clausus. Ibidem piscina inferius invenitur pro conservandis strophiliolis a baptismatis. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in sacrario conservante. Altaria minora, **unum** tituli s. Josephi, ligneum, non pictum, habens mensam lineam cum portatili, aliud altare ligneum tituli s. Annae ex altera parte, mensam habens cum portatili. Suggestus ligneus parieti affixus novus. Sacrarium ligneum bene foribus provisum, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica, commoda. Chorus pro cantoribus ligneus parieti affixus, in quo est **organum** seu pozytyw vocum 5. Pavimentum ecclesiae asseribus stratum, tabulatum asseritium. Confessionale unum ligneum in ecclesia. Ecclesia habet 2 fores non bene provisas, claustro et seramentis appensis, quibus clauditur cum porticulo. Campanile iunctum ecclesiae ligneum, scandulis tectum prout et ecclesia, in quo sunt campanae 3 et quarta supra **ecclesiam** in turricula alias signatura. Item est aedificium ad parietem ecclesiae in coemeterio ruinosum, quod deturpat ecclesiam, sub quo corpora lutheranorum sepeliebantur et fores ad id aedificium ex ecclesia apparent. Coemeterium circa ecclesiam sepimentis ligneis obductum, indiget reparatione **cum** ossario. Capella sub hac parochia est murata in villa Orzesze tituli s. Catharinae, distans ab ecclesia parochiali uno quadrante milliaris in loco eminentiori inter arbusta situata ruinosa. Haec capella **nullam** habet dotem et circa **ipsam** casae non exstant, bene tamen clausa, scandulis tecta. Altare habet ligneum **cum** mensa, sed ibi raro celebratur **missae** sacrificium in altari portatili praeter festum s. Catharinae. An consecrata non constat, ex quo dotem non habet. In medio eiusdem est campana parva alias signatura. Clavis ab eadem capella penes parochum ecclesiae **Woszczensis**.



Reditus huius ecclesiae in Woszczyce: Ex agris praedialibus et 7 cmetonibus et ex Gardawice **etiam** ex agris praedialibus et uno cmehtone decimae manipulares. In Palowice missalia unum małdratum et **unum** quartuale avenae. In Zawadka missalia 2 metretae siliginis et totidem avenae. In Orzesze 3 **metretae** avenae et 2 quartalia siliginis. In Zgon 7 metretae missalia avenae et 2 **quartalia** siliginis. In Woszczyce clericatura 4 metretae avenae. De ulterioribus proventibus hanc ecclesiam concernentibus/ex quo modernus parochus tempore praesentis visitationis ad hoc beneficium est introductus/tenetur docere et de numero parochianorum tam catholicorum, quam lutheranorum et iudaeorum.

Rector sive parochus huius ecclesiae tl. Georgius Drabik, annorum 27, ordinatus pro presbyteratu a. 1717 sabbatho quattuor temporum ante dominicam IV **adventus**, quae fuit dies 16 XII, per tl. Michaellem Szembek, episcopum Raphensem, suffraganeum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam mense IX anni currentis 1720. Introductus vero 1 XI modo tempore visitationis. **Approbatorem produxit**. Habet domum pro residentia sui ligneam cum atrio, non pridem **aedificatam**, in quo est hypocaustum cum camera ex opposito, aliud hypocaustum pro familia. Fovet **organarium**, qui habet domum pro residentia sui **commodam**, qui salariatur per tl. parochum iuxta conventionem et a parochianis. Ad hanc ecclesiam parochialem spectant hae villae: Woszczyce, Królówka, Zgon, Mościska, Gardawice, Orzesze, Zawadka, Palowice.

**Ordinatio**: pro ecclesia parochiali in Woszczyce: Quoniam visitationis praesentis partes in hoc potissimum versantur, ne fines iurisdictionis sibi delegatae amittantur atque frustrentur, sed omnia rite, debite, maturaе, diligenter ad **laudem** Dei, utilitatem ecclesiae Woszczycensi, tl. Georgius Drabik novellus rector loci in decus et ornamentum sponsae suae adimplebit, videlicet particulas hostiarum communioni Christi fidelium necessariarum ad consecrationem tempestive iuxta exigentiam et numerum poenitentium subministrant mandabit pro pinsandis hostiis maiorem **formam** adhibebit et parare curabit, idem et pro **communicantibus**. Parochianos confiteri volentes non repellat, ut ipsius antecedaneus gerebat, sed eosdem benigno favore prosequetur, eisdem poenitentibus et confitentibus pabulum christianae doctrinae, ut pastorem decet, in charitate suppeditabit, rudioribus parochianis methodum confitendi, nescientibus in **omni** cautela atque advertentia suggeret, puncta examinis, praesertim circa cogitationes, verba et opera, in Instructione Confessoriorum descripta, **eosdemque** de peccatis eorum (qui spontanea conscientiam deponere et exonerare nesciverint) paterne **examinabit**, parvulisque **panem** petentibus **escam** dabit in suavitate **pastorali**, cum sacramentaliter communicantibus articulatim, clara voce distinctim intelligibiliter ac devote, ut parochiani intelligant, dicet cum eisdem ter iuxta consuetudinem dioecesis polonice verba centurionis „Domine non sum dignus „**alias**“ Panie nie jestem godzien”, verbum Dei diebus dominicis et festis solide, dogmatice, egregie cum omni seria praeparatione cum brevitate et facilitate **sermonis**, non praecipitanter praedicabit eosque monebit, ut vicia declinent, virtutes amplectantur, taliterque **poenam aeternam** evadant et **coelestem** gloriam consequantur, alias in praemissis doctrinam Epistolae Pastoralis titulo de praedicatione verbi Divini observabit. Baptisterium **more** consueto clausum habebit, ad **quem** effectum seram pensilem indilate adhibebit. Pelvim ad supponendum capi-ti baptisatorum procurabit et aquam de capite baptisati defluentem non ad baptisterium fluere permittat, sed eandem ex pelvi ad hunc effectum **omnino** comparando ad piscinulam effundet. Vasculum pro deferendo ad infirmos oleo **sacro distinctim accomodabit**. Armariolum pro asservandis oleis sacris parieti in ecclesia affiget. Superpellicatus ad **normam**, usum et consuetudinem dioecesis Cracoviensis ad ecclesiam semper intrabit et sic vestitus incedet. Aedituos 2, suos parochianos, viros rectos, quam **primum** constituet, penes quos **unam clavem** a cista eleemosynaria relinquet, **aliam** ipsemet servabit. Et quoniam tl. olim Pisula, parochus immediatus, **omnes** eleemosynas percipiebat ipse solus a carbona **eleemosynaria** claves habebat, idcirco de

perceptis et expensis **tl. executores** testamenti **tl. olim** Pisula calculum reddant, idque in praesentia **tl. decani loci et tl. Laczyński**, ex qua pecunia, quod **magis necessarium pro** usu ecclesiae **convertendum** indicabunt, expendent, 50 rhenensium a **tl. Promnicz** ex villa Palowice receptam emonebit. Aedificium, sub quo corpora **lutheranorum** sepeliebantur, penes ecclesiam situatum, tamquam eandem deturpans et ruinam propter stilicidia eidem ecclesiae causans, destruí, anihilarí quamprimum curabit, ne ullum vestigium exstet, deiერი et amoveri curabit. Quia vero iisdem praedefunctus **tl. Pisula loci huius immediatus rector**, nulla iurium et dotis ecclesiae relicta conscriptione obiit, proptereaue difficultates deperditionis aut alienationis bonorum ab ecclesia metuuntur, **idcirco** moderno parochus serio praecipitur atque demandatur, quatenus ex nunc **omni-modam** diligentiam adhibeat, praemissa iura et **dotem** ecclesiasticam **investiget**, investigatamque sine mora pro **ingrossatione** actis visitationis praesentis remittat. Pariter de dote capellae in Orzesze tituli s. Catharinae idem **tl. parochus** factururus, cui beneficio praesenti decreto **adnectitur**, quatenus metricam baptismatorum diligentiori, et pressiori ac distinctiori Charaktere scribebat atque **connotet**, item quatenus defectus metrices mortuorum per defunctum olim **tl. Pisula** causatos **suppleat** et corrigat. Sanctissimum qualibet die octava renovet, praesentemque ordinationem in proxima decanali congregatione remonstret.

*Niemiecka Wisla 28 XI 1720*

In hac villa est ecclesia parochialis tituli s. Jacobi Maioris, antiqua, non constat de **consecratione**, attamen **diem** dedicationis ab antiquo observant dominicain primam post festum s. Martini, iuspatronatus comitis de Promnicz. In hac ecclesia sunt altaria 2, altare **maius**, continens in se imaginem BMV sculptam, superius s. Jacobi. Habet mensam muratam **cum** portatili. In hac mensa ciborium situatum est ligneum picturis adornatum. Secundum altare **parvum** antiquum, in quo non celebratur. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae, bene coopertus et clausus sera pensili. Lebetem **aeneum** pro aqua baptismali sacris oleis mixta. Habet et piscinulam pro asservandis stropholis a baptisatis. Olea sacra in vasis stanneis tribus in armariolo parieti ecclesiae affixo **asservantur**. Suggestus parieti **affixus** ligneus **simpliciter** depictus. Chorus parieti iunctus, in quo est organum parvum 3 vocum non bonum. Pavimentum asseribus stratum. Tabulatum et parietes ecclesiae depicti. Habet sacrarium ligneum, in quo est mensa **cum** armariis pro servanda supellectili ecclesiastica. Fores habet bonas cum sera pensili et claustro bene proviso. Haec ecclesia clauditur foribus ligneis bene et fortiter provis. Haec ecclesia fuit in manibus lutheranorum ante aliquot annos, ideo erectione et aliis iuribus caret. Indulgentias pro festo s. Jacobi Maioris habet noviter admissas et impetratas. Campanile ligneum et ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2, in medio ecclesiae supra tectum est turricula habens in se campanulam alias **signaturam**. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, in quo **coemeterio etiam** lutherani et catholici sepeliuntur. Reditus ecclesiae parochialis in Niemiecka Wisla: Quod attinet proventus **tam** ecclesiam quam parochum concernentes, ecclesia haec habet piscinulas 2 versus Strumień Oppidum sitas, ex quibus proventus annuatim percipit. **Item** penes **viam regalem** habet aliquot sulcos agri, vulgo dictos Skotnica versus ortum et **occasum**, qui dum seminantur a vicinis, **nempe** Janko et Werner ab una 2 rhenenses percipit, nempe Komorowna, ab altera 1 rhenensem, id est Jankowa. Quod ad proventus parochiales deberent esse 5 maldratae mensurae Plessnensis confertae, modo **autem** iam ab annis aliquot 10 tantum modo a parochianis percipiuntur 99 coreti siliginis et totidem avenae. Ex praedio in Niemiecka Wisła **tl. collatoris** debentur missalia tarn de siligine quam de avena, **prout** docet liber conscriptus ab antecessore moderni parochi, de quo **quaerulatur**, quod 20 coreti siliginis et totidem avenae retenti sunt, qui debentur praesenti parochi. Ad hanc ecclesiam spectat ager ex duplici parte a parochia immediate versus ortum et post Joannem Machnik versus occasum **sulcorum** in

Universum 646, stadiorum vero 11, ex utraque vero parte terminatur ager parochi termino agrorum tl. collatoris. In eodem agro habet parochus piscinas adiacentes parochiae 3, ultima ad ortum posita penes viam regalem cognomento Starek et versus Strumien oppidum ad occasum 4, ex quibus una continuo **seminatur**. Idem parochus habet 1 subditum hortulanum, qui tenetur 3 diebus in septimana pedester laborare et 1 syl. talerum census annuatim, 2 galinas et 15 ova, de lino unam duodenam pro tela dare ad piscandum piscinas, parochiales extra dies debitas ire et ad **messem** bis in septimana.

Rector seu parochus huius ecclesiae in Niemiecka Wisła tl. Laurentius Antonius Kapłanek, annorum 42, ordinatus ad presbyteratum a. 1710 sabbatho sancto. quae fuit dies 19 IV, institutus ad ecclesiam hanc 23 V. Approbationem produxit. Stante ipsius possessione conversae sunt personae lutheranae ad fidem catholicam 7, octavus apostata. Habet domum pro residentia ligneam commodam **cum** cubiculo pro sua commoditate et camera, hypocaustum pro familia etiam cum camera, stabulum pro equis commodum, alterum pro pecoribus et pecudibus. Habet praeterea tl. parochus horreum bonum, celare et super celare pro **frumentis** granarium vulgo Sołek, pro curru et calesa atque aliis ad laborandum in agro instrumentis gazulam vulgo Wozownia. Item habet hortulos penes eandem domum plebanalem parvos 4. Organarium fovet, qui habet pro residentia domum ligneam commodam, salariatur iuxta conventionem a parocho. Item habet agrum a schola immediate versus occasum sulcorum in Universum 262, stadiorum vero 7, quae stadia prolongantur et terminantur usque ad agros tl. Collatoris, aequaliter **cum** aliis vicinis incolis. **Eidem** scholiregae debentur a parochianis 3 panes ratione pulsus campanae sive campanarum. Villa ad ecclesiam hanc parochialem pro administratione sacramentorum Niemiecka Wisła cum praedio in eadem villa sito. Pro confessione paschali numerantur personae circa 250, lutheranorum 56.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Niemiecka Wisła: Onus visitationis **commissae** in ecclesia parochiali loci huius obeunda puncta ad exsequendum tl. Laurentio Kapłanek, parocho eiusdem loci **demandantur** sequentia: Nimirum in locum stannae pixidem argenteam pro conservando in ciborio venerabilis Sacramenti comparabit. **Crucem** in monstratorio **reparabit**. Partículas sacramentales hostiarum quolibet die octava renovabit. Diem renovationis sanctissimi Sacramenti in tabella ad hunc effectum ordinata notabit. Organum destructum instaurabit. Doctrinam catholicam diebus dominicis et festis deambulando per ecclesiam suis parochianis explanabit, eisdemque per quaestiones et interrogationes **examinabit**. Apostates a fide sub sua parochia habitantes iuxta mandatum sacrae caesareae Majestatis ex finibus et locis suae parochiae tamquam oves scabie et porrigine infectas atque extra **spem** reditus ad gremium s. Matris Ecclesiae existentes **amovere**, abigi, relegan' omnino studebit, ne ovile Christi **corrumpant**, alias vero oves ad fidem orthodoxam adducet et praesentem ordinationem in congregatione decanali exhibebit.

### *Mokra 2 XI 1720*

Villa Mokra haereditaria tl. Casimiri Constantini Zagorski, cruciferi Żytomirienensis, in qua est ecclesia murata ex lapide cocto, in minori choro **testudineata**, scandulis tecta, tituli s. Laurentii sumptu eiusdem haeredis aedificata, nondum consecrata, tamen dedicationis diem anniversariam observant dominicain post festum s. Michaelis iuxta usum antiquae ecclesiae, in qua est altare maius noviter extractum ligneum, picturis nondum adornatum, a fabre factum, continetque in se sculptam imaginem Crucifixi et **mensam** cum portatili muratam, in qua est situm ciborium ligneum novum nondum picturis adornatum, prout et altare, tamen bene clausum, continens in se sanctissimum Sacramentum in píxide argentea tota deaurata, supposito corporali, cuius expositio pro festo Resurrectionis Christi Domini et infra octavam Corporis Christi. Fons baptismalis ligneus in

medio ecclesiae situs, continens in se pelvim aeneam pro conservanda aqua lustrali benedicta. Piscina non reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis reperiuntur et in loco decenti videlicet in parieti ecclesiae murato ad cornu Evangeliae praeparato asservantur. Est etiam capella parva antiqua a latere altaris maioris ad cornu epistolae murata, testudineata prout et ecclesia, in qua est altare ligneum mensam habens cum portatili, continetque imaginem s. Antonii. Ex altera parte etiam est capella ad cornu Evangeliae similiter novo murata, testudineata, in qua est altare ligneum, mensam habens cum portatili, continens in se imaginem Immaculae Conceptionis BMV, nondum picturis ornatum. In ipsa vero ecclesia, videlicet in choro maiori sunt altaria 2 minora collateralia, lignea, antiquae formae, habentia mensas muratas cum portatilibus. Primum continet in se imaginem BMV, alterum vero habet imaginem s. Georgii. Sacrum huius ecclesiae post altare maius muratum, testudineatum, cum fenestra una, foribus bene provisus clauditur. Armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica modo parva. Suggestus ligneus antiquus parieti ecclesiae affixus. Reliquias habet ss. Prosperi et Sabinae sacra crura in pacificalibus ligneis ad instar manu, sculptis, inargentatis imposita. Item reliquias aliorum sanctorum 2 cistulis vitreis inclusas in altari maiori locatas, sed non constat de parentibus earum. Chorus pro cantore novus parieti affixus, in quo est organum alias pozytyw. Pavimentum ecclesiae totum asseribus stratum, in maiori choro tabulatum, itidem asseritium. Haec ecclesia foribus binis bene provisus, seris pensilibus clauditur. Campanile vetustum, putrefactum, ligneum, in quo sunt campanae 3, sed deponi debent propter periculum et aliud novum extruendum est iuxta intentionem tl. haeredis. In medio ecclesiae turris lignea, cuius medietas desuper lamina obducta, de reliquo scandulis tecta et rubro colore depicta, in qua est campanula alias signatura. Coemeterium nullis obductum sepiementis.

Reditus huius ecclesiae: Missalia de agró Kokotowa dicto solvuntur siliginis coreti 2, totidemque avenae. Ex agro Sustrawa 2 coreti siliginis, totidemque avenae. Ex agro Dziadockowa totidem. Ex agro Pekalowa totidem. Ex agro Chudowskiego totidem. Ex agro Siochaiowa totidem. Ex agro Jarczykowa totidem. Ex agro Pstrawskiego 1 coretum siliginis et alterum avenae, nam istius agri medietas non seminatur, exinde sterile scit, consequenter de medietate huius agri nihil percipit tl. parochus modernus. Ex praedio Mokrensi nihil percipit, ex praedio Sośnia Góra nil percipit. Ex vitri officina nil percipit. Ex agro Werwochowska dicto, qui ager est desertus, nihil percipit. Ex agro Balcerowska, qui desertus, nihil percipit. Ex agro Boszkowska deserto nil percipit. Ex agro Lukowska deserto nihil percipit. Ex agro Wiachowska deserto nil percipit. Ex agro Szczerbowska deserto nil percipit. Ex agro Kaczmarek deserto nihil percipit. Et si quando horum desertorum agrorum aliquis per tl. Zagorski seminatur pro sua utilitate, tunc a medietate missalia de huiusmodi per se seminatiss agris solvit tl. parochus, quod si non seminat, nihil percipit ex praedictis agris. Item facta est commutatio fundi antiquae parochiae latitudinis 10 sulcorum, longitudinis stadiorum 14, pro quo tl. Zagorski commutavit agrum Mathyasowska dictum latitudinis 60 sulcorum et longitudinis stadiorum 14. Hortulania XV, in qua domus plebanalis est aedificata. Est etiam copia inscriptionis surrimae 600 florenorum polonicalium pro fundatione confraternitatis Immaculae Conceptionis BMV super bonis Jendrychow et Inwald pro ecclesia Mokrensi. Haec ecclesia sive eiusdem domus plebanalis nullam habet oeconomiam post privationem tl. olim Andreae Gomicki, antecessoris moderni parochi, attamen proprio sumptu parochus pro tempore existens curavit aedificari horreum et stabula pro pecoribus et pecudibus. Item missalia habet ex agro Rychlikowa coretum siliginis 1 et totidem avenae. Item habet mensalia sive stołowe ab hortulania 12, quilibet horum solet dare parochus pro Paschate per 2 bohemicos alias czeskie. Item dant strenam omnes pro festo Nativitatis Christi Domini, similiter et tl. Zagorski. Domus scholaris est aedificata in fundo plebanali a pa-

rochianis, ad quam tantummodo una hortulania spectat et pertinet, quammodo subditus haeredis occupat.

Rector sive **parochus** huius ecclesiae tl. Thomas Gaydzik, **annorum** 62, ordinatus pro **presbyteratu** a. 1684, ipso festo Sanctorum Omnium, quae fuit dies 1 XI per tl. **olim** Nicolaum Oborski, **suffraganeum cracoviensem**, institutus ad hanc ecclesiam Mokrensem 1709. Approbationem ad accipiendas confessione\*» **produxit**, sed suspectam. **Domum** pro residentia habet vetustam ligneam, non adeo commodam, nec bono ordine **extractam**, etiam sub uno tecto cum familia domestica hypocaustum reperitur. **Item** habet stabula et horreum, ut supra iam scriptum. Fovet **organarium**, quem salariat iuxta conventionem. Villae ad hanc parochiam spectant Mokre, Sośnia Góra, ex quibus ad confessionem paschalem numerante personae 150 vel plus.

Ordinatio pro ecclesia **parochiali** in Mokra: De ratione institutae visitationis est **laudem** Dei **summa** cum diligentia propagare, **statum** ecclesiae et bona ipsius adaugere, bonos mores tueri, pravos mores extirpare et eosdem corrigere, **populum** piis monitis ad **religionem**, pacem atque innocentiam pro existentia rei vel revocare vel servare aut manuteneri. **Cum** igitur tl. Thomas Gaydzik in Mokra parochus praeter alias incumbendas etiam in **praemissis** officiis suum consistere perbelle **sciat**, ut eadem **observet**, **omnino** auxilium Dei implorabit, praeterea articulos infrascriptos ad indilatam executionem deducet. Ciborium decenter exornabit, baptisterium per reparationem eiusdem **consolidabit**, vasculum salis comparabit, piscinulam in gradu eiusdem baptisterii more aliarum ecclesiarum **efformabit**, portatilia restaurabit, imagines deformes ex maiori altari amovebit, scabellum ad asservandum venerabile Sacramentum omnino necessarium accommodabit. Pixidem et capsulam pro deferendo sanctissimo Sacramento **procurabit**, supellectilem ecclesiasticam resarciat et eventilabit, **cingula** ad sacrificium **missae** spectanta emet, **mappas** 3 iuxta praescriptum et **ordinationem** ecclesiae supra singula altaria ponet, libros ecclesiae dilaceratos restaurabit, **catecheses** videlicet doctrinae Christianae compendium diebus dominicis et festis populo suo tradet, eosdemque deambulando per quaestiones examinabit, confessiones Christi fidelium salutis animarum perutiles cum **omni circumspicione** cautela, prout eiusmodi supremum Tribunal requirit, expediet **nec** absolutiones poenitentibus praecipitanter dabit. Coemeterium sepimeutis **circumdabit**. Eleemosynas ecclesiam concernentes in cista ad **eum** effectum **comparanda reponet**, a qua carbona unam clavim retinebit alteram clavim vitrici 2 ecclesiae possidebunt. Regestrum perceptorum et expensorum ecclesiasticorum notabit. Campanas deponet, campanile novum extruet, benedictiones matrimoniales signanter inter personas extradioecesanas nunquam amplius attemptabit. Secretas benedictiones eorumdem matrimoniorum vitabit, ex quo clandestina matrimonia ecclesia **prohibuit**, divinum officium seu **brevarium**, ad cuius recitationem tarn ex vi ordinum, tarn ex vi beneficii **tenetur**, et tamen, prout luculentissime patet, rarissime idem **recitat**, nunquam intermittet, quinimo **diligenter** et devote **recitabit**. Reconciliationes **facere** non negliget et **coram** quo **presbytero** **easdem** faciet, **testimonium** habebit. Ab ebrietate, quae est omnium **malorum** origo, abstinebit. Ad **extremum** mulierem annosam, **rixosam**, e domo plebanali ad abviantes quibusvis maledictionibus atque inconvenientiis, **expedit**, quoniam status presbyteralis et morum gravitate, vitae integritate, **exemplari honestate** in tanto culmine dignitatis praecellere **debet**. Huius modique ordinationem in decanali **congregatione remonstrabit** et Sanctissimum qualibet die octava renovad curabit.

Suszec 31 X 1720

In hac villa est ecclesia lignea, scandulis **tecta**, tituli s. Stanislai, episcopi et **martyris**, iuspatronatus tl. comitis de Promnicz. De consecratione eiusdem non constat, tamen diem anniversariam dedicationis observant dominicam **primam** post festum s. Michaelis. Ciborium non adeo adornatum in maiori altari est

situm cum píxide argentea **parvula** intus deaurata, in qua asservatur sanctissimum **Sacramentum**. Expositio Sanctissimi pro festis resurrectionis Christi Domini et infra octavam sacratissimi Corporis Christi. **Fons** baptismalis in medio ecclesiae ligneus, bene clausus, continet in se pelvim **aeneam** pro aqua lustrali benedicta, quae ibi **reperitur** oleis sacris mixta. **Ibidem** piscina pro **asservandis strophis** a baptisatis invenitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo parietis ecclesiae affixo servantur. **Altare maius** est ligneum, **mensam** habens muratam **cum** portatili, continens in se imaginem s. Stanislai, depictum, antiquum. Item altare minus ligneum novum a dextra parte, depictum, **cum** imagine BMV, mensam habens **cum** portatili. Item a sinistra parte ligneum novum, nondum picturis ornatum. Imagines 2, una s. Stanislai et altera BMV tempore **modernae** visitationis sunt benedictae. **Suggestus** ligneus, picturis adornatus, parieti affixus. **Confessionale** unum, non procul a suggesto situm. **Sacrarium** ligneum, in quo mensa est **cum** armariis pro asservanda supellectili ecclesiastica, ostiis bene **provisis**, clausuro et sera pensili fortiter clauditur. Pavimentum ecclesiae in minori choro lateritium, in **maiori** nondum stratum. Tabulatum ex asseribus depictum. **Chorus** ligneus parieti affixus pro cantoribus, depictus, in quo est organum **parvum** alias pozytyw. Eadem ecclesia 2 foribus bene **provisis** **Claudi solet**. Campanile ligneum, scandulis tectum, prout et ecclesia, in quo sunt campanae 2 **maiores**, in medio vero ecclesiae turricula, in qua est campanula alias signatura. **Indulgentias** habet pro festo s. Stanislai anno 1714 admittas. **Coemeterium** sepimentis ligneis **obductum**, sicut et ossarium. Habet portam ligneam.

Reditus huius ecclesiae: Habet agros dispersos post horreum stadia 9, sulcorum 220 circiter in modum crucis. Item habet ad **viam**, quae itur ad villam Woszczyce a sinistra parte stadia 4, sulcorum circiter 100, a dextra parte stadium 1, sulcorum 33. Ad praefatam **viam**, qua itur ad villam Woszczyce, et a sinistra parte 1 stadium per modum cunei sulcorum 13, ad praefatam, qua itur ad villam Woszczyce habet 2 stadia agri sterilis, ad quern non **evehitur** **fimius**, a dextra fere sulcorum 20 et aliquot breves ad **ipsam** **viam**, a sinistra ex opposito sulcorum circiter 40 ad **viam**, quae itur ad villam Zgon et Krolewka, a dextra stadium 1 sulcorum breviorum circiter 50, alterum circiter 60 adiunctis brevibus. Ad eam **viam**, quae itur tantum ad villam Królewka 1 stadium via divisum a sinistra parte sulcorum 23, ex opposito per modum cunei aliquot ad agrum incolae Witosza contiguum in **Sikorzeniec** habet stadium sulcorum 61 ad **viam**, quae itur ad **villam** Zgon et Krolewka 1 stadium sulcorum 15. Item stadia tabernatoris et incolae **Giemsza**. Habet etiam inter **silvam** Woszczycensem et Plessnensem stadia 5 sterilia sulcorum 115 et **sextum**, in quo pinus excrescunt. Habet cmethonem in villa Wry, qui in qualibet septimana cum iumentis tribus diebus **laborat**, 140 **bohemicos** et 2 gallos cum 9 suis gallinaceis singulis annis extradit. Item habet decimam manipulem a 2 cmethonibus et tertio tabernatore in Suszec, nimirum siliginis, hordei, ciceris, avenae, **millei** et lupuli, qui etiam excepta decima per 2 coretos **confertos** mensurae plessnensis avenae extradunt. Caeteri vero cmethones in villa Suszec per 2 cortos **confertos** mensurae plessnensis avenae extradunt, excepto 1 cmethone, qui 4 extradit et 2 hortulanis et tertio **molendinatore**, qui per unum coretum avenae confertae mensurae plessnensis extradit. Inter **prata** cmethonum Figura et Szyma pratum habet. Missalia in villa Kryry, ubi siliginem et avenam cmethones mensurae confertae plessnensis, sed non omnes aequaliter extradunt, tabernator 6 coretos siliginis et avenae, totidem cmethones 9 per 2 coretos siliginis et avenae, totidem cmethones 3 per 4 coretos siliginis et avenae et 3 per 3 coretos siliginis et avenae mensurae confertae extradunt, cmethones 7 per 2 coretos siliginis et avenae et per 2 coretos parvos siliginis et avenae, quos coretos numerant 3 ad **wiertelum** confertae mensurae, 1 cmetho 2 coretos siliginis et avenae. Item is idem cmetho 1 coretum minoris mensurae siliginis et 1 avenae extradit. Item 1 hortulanus 1 coretum siliginis et 1 avenae extradit. Item habet in villa **Klesz-**

czow decimam manipularem, singulis annis pro eo 12 florenos polonicales extradit, item 34 galinas, scultetus 4, cmetho 1 = 3, 1 cmetho 1, caeteri omnes per 2. Ista decima in consistorio Opoliensi et Ratiboriensi capitanei nondum causa decisa, imo iam per antecessores oblita. Item habet de praedio villae Rudzica 5 coretos avenae confertae mensurae plessnensis, item habet de praedio Mizerow hordei 12 coretos mensurae confertae Plessnensis. Hos haeres villae Mizerow non extradit, sed recognovit quidem ad ista missalia vendita sunt ab haeresiarcha pro tunc administrante ecclesiam suszeczensem 2 florenis polonicibus, quos florenos tl. Sigfridus Promnicz et Caspar Pelka arendator eiusdem villae tempore benedictionis strenae extradebant per aliquot annos, uti et modernus ad praesens extradit. De ista villa lis exorta fuit in officio imprimis dominariali Plessnensi, tandem ad consistorium Generalis Cracoviensis devoluta occasione iurisdictionis inter Joannem Michałowski, parochum Suszeczensem et Stanislaum Dąbrowski, parochum Brescensem nullo iure sibi appropriatam et tandem post multas controversias in officio praefato occasione sepulchri epiphathiorum fundationis contigvitatatis et metricarum, baptisatorum et copulato- rum exortas a parte actorea confutatas ecclesiae suszeczensis intuitu titulo Librorum Beneficiorum et tertium iuratorum depositionem temporibus perpetuis adiudicata anno Domini 1668 die mercurii 11 I, ut videre est in actis officii suprascripti. Habet etiam 2 piscinas ad piscinam domini Plessnensis dictam Godziek, tertiam in silva ad viam, qua itur ad villam Zgon, a dextra parte habet etiam ab hortulanis in Podlesie Wilczaque habitantibus strenam et per 1 grossum mensaliorum tempore benedictionis strenae. Hoc etiam inter alia habet, quia omnes inquilini tempore benedictionis strenae omnium villarum superius specificatarum per 1 grossum syl. extradunt. Item omnes hortulani et qui domunculas habent cum inquilinis in villa Rudzica existentes strenam cum 1 grosso syl. extradunt. Item in Rudzica molendinator strenam et 1 bohemicum, item etiam in Kleszczow molendinator ex opposito sculteti Kleszczoviensis grossos polonicos, incolae Kleszczow cmethones strenam et omnes per 1 bohemicum extradunt. Item haec ecclesia habet pro dote piscinulam medio milliari in silva vulgo dicta Staw Kościelny et marsupium tempore divinorum. Quantum ad organarium sive scholiregam huius ecclesiae habet domum cum hortulo sulcorum 6 et horreum. Ad aedificationem horrei et sepimentorum hortuli incolae Suszecz tenentur. Item habet post horreum 2 stadia in uno sulci 9 ad viam, quae itur ad villam Zgon a sinistra parte stadium sulcorum 13, in altero loco eiusdem viae eundo ad villam Krolewka a dextra parte stadium sulcorum 13, in altero loco eiusdem villae a sinistra parte sulcorum 22. Ad viam, qua itur ad villam Woszczyce a dextra parte 2 stadia in 1 stadio sulci 22, ad viam, qua itur ad villam Krolewka a sinistra parte 4 stadia agri sterilis sulcorum 48. Item habet decimam manipularem a 3 cmethonibus suszeczensibus siliginis, hordei, millei, ciceris et avenae. Item habet in Suszecz circa festum s. Gregorii a cmethonibus in Suszecz per 2 greslas, ab hortulanis Suszecz et dictum Podlesie per 1 greslam. Item habet a cmethonibus et hortulanis in villa Kryry per 1 grossum syl., in Kleszczow cmethones per 1 cruciferum et molendinator per 1 grossum syl. extradit. Villarum Suszecz, Kryry, Wilcza, Podlesie, Kleszczow omnes cmethones, hortulani, molendinatores per 1 panem occasione campanarum pulsus tempestatis extradunt.

Rector seu parochus huius ecclesiae parochialis Suszeczensis est tl. Petrus Josephus Piszczek, annorum 44, ordinatus pro presbyteratu a. 1703, sabbatho Quattuor Temporum, quae fuit 22 IX post festum s. Mathaei Apostoli, per tl. Casimirum Lubienski, episcopum heracleensem, suffraganeum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam die 12 XII a. 1714. Approbationem produxit. Habet domum pro residentia sui ligneam cum atrio, in quo est hypocaustum cum camera, nuper aedificatam, pro familia vero aliud hypocaustum commodum. Item horreum, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, et alia aedificia, ad quorum reparationem parochiani tenentur. Fovet organarium, qui etiam habet domum

pro residentia sua lineam cum atrio et camera, item horreum aliaque aedificia minora pro pecoribus et pecudibus, ad quorum reparationem tenentur parochiani. In vim salarii habet hortum ad domum sulcorum 6, item post horreum 2 stadia, in uno sulci 9 in altero 13. Villae iure parochiali ad ecclesiam suszensem spectantes sunt hae: Suszec, Kryry, Mizerow, Kleszczow, Rudzicka, ex quibus pro confessione paschali personae numerantur 700 vel plus. A catholici sub hac parochia in pagis reperiuntur 88, apostatae 12, et sepeliuntur praefati acatholici et apostatae permixti cum catholicis in coemeterio. Est adhuc iudaeus arendatorius in braxatorio, qui festa catholicorum violat exercendo labores domesticos in braxatorio.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Suszec: Laudabilis zelus et tenerrima circa gregem Domini, cum cura tl. Petri Piszczek, moderni parochi in Suszec, in exemplum aliis beneficiatis commendatur ex hac potissimum ratione, quia lutheranos extraneos 35 ab erroribus pestiferi dogmatis ad cognitionem verae fidei adduxit. Praeterea infra parochiam suam residentes 11 ad religionem catholicam convertit, optatur eidem ex praesenti visitatione, ut sub sua moderna rectorali iurisdictione ex aberrantibus a via veritatis omnibus fiat unum ovile et unus pastor, videlicet reliqui dissidentes haereticam pravitatem deserant et unitatem fidei catholicae sollicitudine pastoralis amplectantur in fundamento doctrinae infallibilis eiusmodi, quia extra ecclesiam catholicam nullus salvatur, quantumcumque bona opera fecerit. Glossas firmissime de haeticis a fide catholica intra fines suae parochiae degentes apostatas praedictus tl. parochus iuxta diplomata caesarea eo nomine edita vel ad quem de iure deferet vel eorum apostatarum ex domino sacrae caesareae Majestatis expulsionem omnino procurabit, nisi haereticos errores abiuraverint. Ultra praemissam de haeticis ordinationem adiciuntur dicto tl. parochi supramemorati loci haec observanda: Nimirum ciborium vel elegantius emetur vel aliud novum detur. Sanctissimi Sacramenti particulae octavo quolibet die renouentur. Lobes pro aqua lustrali dealbetur ad sacramentum baptismi. Vasculum pro sacro chrismate maius quam modo extat procuretur. Pelvis, ne aqua baptismalis in fontem baptismi circa abluitionem infantulorum defluat, comparetur. Item vasculum aliud distinctum pro deferendo ad infirmos oleo sacro ematur. Sepimenta circa coemeterium ecclesiae per parochianos, qui ad reparationem tenentur, quantocius extruantur. Binae ligatae privata autoritate separatae ad cohabitationem matrimonialem necessario adigantur. Metricae baptisatorum et mortuorum maiori diligentia et meliori caractere conscribantur, cum ea precatione, ut sit catholicorum liber scorsivus lutheranorum distinctim regestrum. Exuvia alias ossa fidelium defunctorum adhibitis quam plurimis missae sacrificiis cum denuntiatione diei sepulturae pro convocandis et congregandis parochianis ad ferenda animabus defunctorum circa humationem eorundem ossorum numerosa suffragia, more consueto ecclesiae catholicae indiate commodo tamen tempore in Domino sepeliantur, in futurum vero cum effodientur ossa ex nunc eadem profudius in visceribus terrae recondentur, reponentur ac tumulabuntur, omniaque ad pastorale regimen et officium spectantia rite, delite ac diligenter serventur ed adimpleantur. Ac denique superest, praesens ordinatio in sequenti congregatione decanali ad effectum rescientiae, num eidem panierai, producat.

*Uwaga: Na tym kończą się sprawozdania wizytacyjne z dekanatu pszczyńskiego. Odnosne protokoły z dekanatu bytomskiego odkładamy do następnego rocznika „Studiów”.*